

~~Got. 17~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
VI-2  
SIGNAT. CLVCCCCXIII.

versteht





811 C — 4

ΣΧΕΔΙΑΣΜΑΤΑ

I: DE FESTO NOVI ANNI

II: DE STRENIS SEU  
MUNERIBUS N.A.

III: DE NOVI ANNI VOTIS  
STRENARUM COMITIBUS

*SUB FELIX*

KALENDARUM JANUARIARUM  
AUSPICIUM

*REVERENDISSIMO DOMINO*

D. ABRAHAM CALOVIO,  
THEOLOGORUM NOSTRI TEMPORIS PRINCIPI

*PIETATIS CAUSA OBLATA*

à

JO. FRIDERICO SCHARFIO

*WITEBERGÆ SAXONUM*

EX OFFICINA CHRISTIANI SCHRÖDTERI, ACAD. TYPOGR.  
ANNO M DC LXXXV. QVO PRECANTUR OMNES PII CHRISTIANI:

DA, PATER OMNIPOTENS, FELICI CEDERE CURSU  
SECLA, NOVAS LÆTUS REDUCES HAS PRÆBE KALENDAS!

*SUMMO AC MERITIS MAXIMIS ILLUSTRIS*  
*HEROI*

**ABRAHAM CALOVIO,**  
SS. TH. D. ET PP. PRIMARIO, SYNEDRI ECCLE-  
SIASTICI AC FACULTATIS SUÆ SENIORI GRAVISSIMO,  
NEC NON ECCLES. WITEBERGENS, PASTORI FIDELISSI-  
MO, TOTIUSQVE CIRCULI ELECTORALIS SAXONICI SU-  
PERINTENDENTI GENERALI EMINENTISSIMO, ET DOCTO-  
RUM THEOLOGORUM AUGUSTANÆ CONFSSIONIS  
INTRA ET EXTRA ROMANUM IMPERIUM  
PRÆBYTERO VENERABILI, ETC.

*VIRO PER ORBEM CELEBERRIMO,*  
**THEOLOGO MODIS OMNIBUS**  
*INCOMPARABILI,*  
*CONSTANTISSIMO VERITATIS COELESTIS ASSERTORI,*  
*EJUSDEMQUE PROPUGNATORI MAGNANIMO*  
*PARITER ET INVICTO, ADEOQUE*

**ALTERO LUTHERO,**  
DOMINO PATRONO AC AFFINI INSTAR PATRIS  
PIE SANCTEQVE SEMPER COLENDO:

*IN SERENUM NOVI ANNI AUSPICIUM, MORE MAJORUM,*  
*FELICITER! FELICITER! ACCLAMAT, OMNIGENAM SALUTEM. QUÆ*  
*ILLUM, JUXTA SOLENNEM VETERUM FORMULAM, ANNARE ET*  
*PERENNARE JUBEAT, APPREGATUS, SIMULQUE CHARTACEUM*  
*HOC XENIUM, SCHEDIASMATA SUA PUBLICA, IN DEBITÆ*  
*OBSERVANTIÆ AC FILIALIS AFFECTUS SYMBOLON,*  
*ULTERIOREMQUE SUI COMMENDATIONEM, IPSIS*  
*KALENDIS JANUARIIS*

DAT, OFFERT, CONSECRAT  
**JO. FRID. SCHARFIUS.**

22

PIETAS  
ERGA  
NOBILISSIMUM VIRUM  
DN. JO. FRIDERICUM  
SCHARFFIUM  
PH. & J. U. D. COM. PALAT. CÆSAR.  
& CONSIL. SAXON. nec non ILLUSTR. FRUCTIFERÆ  
ac TEUTONICÆ SOCIETATUM  
CONSORTEM, &c.

FAUTOREM ATQVE AMICUM DEVOTO  
CULTU PROSEQUENDUM

Sub novi Anni clō Ioc XXCV. auspiciis declarabatur  
eâ, quâ decet, ratione

M. Johanne Peiskero, P. L. Cæs.  
Lyc. Wittemb. Rect. & Illustr. Soc. Teuton.  
addicto.

:שלש

**Q**uid TIBI adferat, PATRONE, Musa nostra mu-  
neris,  
Solvat ut devota vota maximè isthoc tempore,  
Quò novus recurrit annus, quò dat alter alteri  
Dona mentis, dona nummùm, quæis abundat ditior?  
Si quis hoc cupit probari, volvat is volumina  
Prisca, quæ reliquit olim Roma gestis inclyta.  
Hanc sequutus est deinceps Christiani Nominis  
Orbis! Hinc & nostra Sion thura nuper obtulit,  
Ut solet, precum piarum pro salute Patriæ

) 2. PA.

**PATRIS, ac Domus perenni SAXONUM celsissimæ**  
**Flore, Tutelariumqve præpotentium DEÛm,**  
**Pro vigore Pindi ad Albim, pro Choro, Foro, Thoro!**  
**Ecqvis hunc migrare morem vellet inter Optimos?**  
**Ergo reddam, quod licebit, duplici pro gaudio**  
**Multiplex Syncharma Cordis, si modò esset copia.**  
**Namqve depasta est vigorem febris artuum arida,**  
**Vena nec valet Poëtæ, ceu valebat antea.**  
**Non proin referre possum par pari, VIR maxime,**  
**A DIIS ornate dudum maximis honoribus.**  
**Non ego jam sum canendo; cantet ipse Horatii**  
**Æmulus; vel si placebit, clara Pallas ZESIA.**  
**Nam modi Tui reposcunt ingenî excellentiam.**  
**Quod mihi integrum est, remittam pectoris non duplicis †**  
**Symbolon, quod instar auri sit, vel aurò charius.**  
**JESULUS sit strenua nostra, qui bonis quibuslibet**  
**Optimis pios coronat; Hic & ipsum Evergetam**  
**Servet hocce sospitem annò, cui benignus Arbiter**  
**Addat usqve & usqve plures, ac beatioribus**  
**Augeat JEHOVA fatis. Sed quid audio soni?**  
**Phœbus ipse cumqve Musis, cumqve ternis Gratiis**  
**Concinit novella vota consecrata SCHARFFIO!**  
**Succino, sed voce fulcâ langvidoqve corpore;**  
**Attamen partes Clientis pro virili has exseqvar:**  
**JURIS UTRILISQVE DOCTOR AC COMES PALATII**  
**SAXONISQ; CONSUS AUDIS; QVINET ORDO ILLUSTRUM**  
**TE VIRORUM AD ASTRA TOLLIT. VIVE SECLA NESTORIS!**  
**VIVE CUM JUNCTIS AMORE TUM FIDE ATQVE SANGVINE!**  
**VIVE, QVOD PRECATUR OMNIS NOMINI TUI FAVENS,**  
**VIVAT UT DILECTA TECUM COSTA PER VITÆ DIES!**  
**QVIPPÉ SCHARFFIANA FAMA SIC POTEST ET CRESCERE,**  
**ET DECUS VIRTUTE PARTUM CLARIUS GENS REDDERE.**  
**DESINO COMPLURA. JESU, FAC RATUM, QVOD COMPRE-**  
**COR!**

† *Phrasi Ebraâ.*

Einiger



# Einiger Biederschaf

auf das doppelte Froh / das seine Wohl=  
Edle *Excellentz* sinreich aufgesetzt / und mir  
zum neuen Jahr hochgeneigt  
überschiffet /

in einem Kling-Gedichte verfasst:

**H**at / Hochwerther Herr / gemacht mich Ihm  
verbunden  
Durch ungemaine Gunst. Drum bin ich stets vera  
pflicht

Ihm / unsers Ordens Zier; zumahl / wann kähm das Licht /  
Da eine Nymphe hatt Ihm eine Krohn gewunden /  
Dadurch sein einsam Herz ein duppelt Froh empfunden.  
Wer weiß / was noch dis Jahr der Himmel Ihm vers  
pricht /

Ich lebe Hoffnung = voll / es sol Ihm fehlen nicht /  
Wann nur belieben Ihm die süßen Liebes = Stunden.  
Mein liebstes *YESU* hat mir geholffen wieder /  
Dem sag ich Lob und Danck vor seine Gütigkeit /  
Zu dessen Ehren hat mein Herz gedichtet Lieder /  
Die Ihm / mein grosser Freund / zum neuen Jahr  
bereit.

Ich bin vergnügt / wann sie auch seiner Hand belieben /  
Als welcher längst beliebt / was meine Hand geschrieben.

Quod

Quod  
DEUS Τειο μέγιστος  
F. F. F.

*esse iubeat,*

VOTUM JANUARIUM

devoto animo petitum, dicatumq;

V I R O

NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO QVE

DN. JOANN-FRIDERICO  
SCHARFIO,

Philos. & Divini Humanique

Juris Doctori Celeberrimo, Sacri Palatii Cæsar.

Comiti, Fructiferæ pariter ac Teutonicæ So-  
cietatum Consorti Gravissimo, &c.

DOMINO, PATRONO & FAUTORI SUO  
*singulari, singulariterque Colendo*

Kalendis ipsis insubidè  
conscr.

à  
M. DAVIDE WINTERO, CYGN.

Schol, Wittenb, Conrectore.

Πᾶσαν εὐτυχίαν καὶ καλοῦ ἀγαθοπραγίαν!

**A** Nno reverso, quid potius die  
Primo ferendum, dic, FRIDERICE, age,  
O JANE? Jani ipsis Kalendis  
Omina dicere \* tradidisti

Ter fausta; Nusquam tristia, funera  
Ne nominentur: Muneribus bona,  
Quæ proferebant ore, verba  
Jungere par Proavi putabant.

Ejus quotannis prædico TE Virum  
Moris tenacem, SCHARIADE, Decus  
Themistos, & Phœbi Sacerdos,  
Commemorande piis Camenis.

Silentio ecquis vota precantia  
Heic præteriret, Romulidum sacra  
In gente, quæ vel prisco in ævo  
Christiadum fuerint recenti

Anno? Erudito nam \*\* Schediasmate  
Exponis isthæc omnia, quæis Virum  
Exempla Doctorum, Tua atque  
Addere complacuit venusta.

Prolixiori laude quidem faves,  
(Ignosce falso) quàm patientia  
Fert nostra; nobis est supellex  
Curta, scientia, Pierisquæ  
Haud magna, Fusas suscipiam preces  
Abs TE, saluti, de penetralibus  
Cordis, meæ quæ consecratæ;  
Pectore sed memori tenebo.

\* *Disp. de  
Strenis  
habit. A.  
1675.*

\*\* *De novi  
anni votis  
edit. An.  
1684.*

Verun-

Veruntamen sunt augmina jam nova  
 Collata amoris, quando Onomasticis  
 Melodiis, vix triduum ante,  
 Gaudia nostra sat ampliasti.  
 Ergò unde grates primitus ordiar,  
 PATRONE, habendas pro meritis Tuis?  
 Non invenit mens, erubescit  
 Tenuia metra, nec expolita  
 Offerre. Desunt aurea pondera,  
 Crassi atqve Cræsi munera divitum,  
 Quæqve Euclio desideraret,  
 Sola super caryota parva est.  
 Coeleste Numen quos amat, indigos  
 Rerum relinquit; nec vacuos tamen  
 Donariorum mysticorum,  
 Quæis fidei decus indicarent,  
 Paravi & istis TE venerarier:  
 Anni renascens circulus ut fluat  
 TIBI secundus maximè, opto,  
 Suffice, DIVE-HOMO perbenigne!  
 Tranquillitatis commoda publicæ  
 Largire clemens, temperiem boni  
 Et SCHARFIO præsta vigoris,  
 Coelibì & eripe vitæ Eundem.  
 TECUM canemus sic meritò PATREM  
 Die hac ad annum, commoditatibus  
 Sic aucte, SCHARFI, perbeatis,  
 Prosperitas TIBI summa ceder.

\* \* \*  
 ET EO DISTICHON.

Vt patræ Intentat Mala tristia ThraCIVs hostis,  
 AVsibVs ô tantis Ipse resiste DeVs!



3

דַּנְשׁ הַשָּׁנָה

*sive*

De Festo Novi Anni

Σχεδιασμα

JO. FR. SCHARFI,

*iteratò*

*publicis exscriptum typis*

*exhibetur per*

JOHANNEM HAKIUM,

H. M. P.

---


Annus adest Novus, Annus abest Verus:  
adfit & abfit  
cum veniente bonum, cum fugiente malum.


---

WITTEBERGÆ cl) l) c LXXV.

15  
2







## דגש השנה מיהורה

**U**Ti semper bene ominari nobis invicem, & pro salute communi orare convenit: ita hoc ineuntis Novi Anni tempore in eam curam incumbere maximè decet: non modò ut consuetudini faciamus satis, sed & pietati nostræ. Quanquam enim haud simus eâ superstitione imbuti, quâ pagani olim Kalendis Januariis Deos potissimum votis ac precibus hominum auscultandis vacare, atque advertere animum putarunt: quoniam tamen temporis ratio diversa aliud sæpè atque aliud pietatis genus postulat, idcirco istam sub Novi Anni auspicia bene ominandi consuetudinem & gratulandi migrare & suggillare nolumus. Quippe quam & literæ comprobant cœlestes, licet aliis in actibus; nec ulla Gens, quæ Deorum unquam jactavit potitiam ac cultum, abhorruit. Græci & Romani cum primis, quantâ observarint religione hoc tempus, & primum incipientis anni diem quàm lætis precationibus faustum ominati fuerint, itemq; munerum seu Strenarum quot missitationibus coluerint Amicos, id ex Antiquitatum Annalibus alio tempore replicabimus. Vide interim, si placet, Plut. *Probl. Rom.* Lucianum, in *Pseudolog.* Svetonium in *August. c. 57.* & *Tib. c. 34.* Columellam *l. 28. c. 2.* Macrob. *l. 1. Saturn.* & Plinium, *l. 28. c. 2.* Junge Ovidium, *1. Fastor. ad Janum.* Egregiè Herodianus *lib. 1. c. 16.* Cujus verba, sed latinè, ex versione politissimâ Politiani non parco adscribere: *Diem (anni ineuntis) Romani festum agunt. Ad Janum vetustissimum Italia Deum referentes, cujus etiam Saturnum ipsum, ab Jove filio pulsum*



quum in terram descendisset, fuisse hospitem predicant, & quod ibi latuisset, nomen Latio inditum. Quocirca etiam nunc Romani saturnalia prius, dein verò initium anni more suo concelebrant. Estque ejus diei biceps imago, ut à quo incipit, & in quem desinit annus. Potissimum Romani invicem se colunt, salutantq; & nomismata alter alteri, ceteraq; omnifariam muneramissitant, summiq; magistratus, conspicuam sibi & solennem purpuram induunt. Judæorum, vetustissimæ gentis, Ritus circa ראש השנה inspicere allubescit in præsentia. Ii enim non illotis manibus & pedibus ingrediuntur Novum Annum; sed festivitate solenni, nec non ceremoniis, ut videntur, quantævis religionis. Auspiciantur nempe Annum Politicum seu naturalem à Festo isto, quod DEUS die primo mensis septimi (ab initio Anni Ecclesiastici, sc. Martii mensis, numerandi) celebrandum, ut זכרון תרועה memoriale jubilationis, mandaverat. Idque quàm prolixis faciant precibus, & quæ circa istud Novi Anni principium DEUM fatigent, utpote ad pœnitentiam aptissimum tempus, videre licet apud Buxtorfium, in *Synag. Jud. c. 18. & 19.* Festum Novi Anni unum ex principalibus Judæorum festivitatibus semper fuit ac etiamnum est, quemadmodum integer Liber in *Talmudhis Babyl. part. 2. sive Seder Moedh* de Festo hoc celebrando debitisque ejus solennitatibus extat, ita etiam quamplurima referenda suppeterent. Quia verò in plerisque eadem, quæ aliàs in die Sabbatho observari solent ceremoniæ, de quibus prolixè Buxtorfius citato loc. c. 10. & seq. nostra duntaxat annotabimus memorabilia & Festo huic peculiaria quasi. Nimirum, peractis precibus, isto ראש השנה in Synagogis suis moderni Judæi inflant Cornu Arietinum. An in memoriam Isaaci à Abrahamo immolandî, sed DEI nutu libe-



liberati, in locum ejus ariete suffecto; quod omnes sen-  
 tire Rabbini videntur, & ritus quoque aliorum Orienta-  
 lium, Persarum ac Saracenorum, initiandi Novum suum.  
 Annum maectatione Cameli aut aliis locis agni, consenti-  
 re: an verò alias ob causas, quas apud Theologos lege.  
 Cornua certè ista fuisse arietina, quas Tubas Moses ap-  
 pellat *Num. X, 9*. Bonfrerius asserit, *in Lev. XXIII*. Et ipse  
 Maimonides in libro *יר חקרא*, Compendio Talmudhi-  
 co, sat tamen prolixo eo, quippe tribus constans tomis in  
 fol., *lib. Hassemanim cap. 7*. monet, quod jubilæum illud  
 fieri debeat *בקרן הכבש* הכפה, ac nullum esse Scri-  
 pturæ locum, ubi *שופר* non possit pro ejusmodi cornu  
 capi. LXX. Interpp. ad *c. 23, 24. Lev. & Num. 29*, utuntur  
 voce *σαλπίγγων*. Lutherus similiter de cornu, sine dubio,  
 arietino, loco priori intelligit. Arabs adhibet dictionem  
*قولوب* loco utroque. Quando autem beatus Vir  
 posteriori loco diem hunc den *Trompeten Tag* vocat, ibi  
 vocem *Trompete* non ita accipit, prout hodiè accipi so-  
 let, cum tubæ ex ære sive argento factæ isto saltim nomi-  
 ne hodie fere veniant. Cæterum vocem *σαλπίγγ*, quam  
 Lutherus in Libro Apocalypses *Posaune* reddit, Gallus  
 communiter per *Trompette* vertit. Alterum, quod no-  
 tamus in Judæorum ritibus, est initiatio Festi per Pocu-  
 lum vino plenum. Id enim ordine tradentes ac biben-  
 tes invicem sibi Annum exoptant felicem; alii ad alios,  
*לשנה טובה תכתב* *ad bonum Annum inscribêris*. Digi-  
 tum intendentes ad libros justorum & injustorum, quos  
 apertos coram DEO sub hoc tempus statuunt. Respon-  
 dent plerumque hac formulâ, *הבורא גורף לשנה טובה*  
*Ipse creator destinat Te ad Annum bonum*. Denique & ob-  
 servandum est Convivium, quod istâ solennitate cele-  
 brant,

brant. Mensam videlicet, domum redeuntes, quàm optimè instructam aperiunt, ad quam mox sessum eunt, ciborum dulcium super eâ copiam habentes haud parvam. Generis ejus poma sunt in mel immersa: de his quilibet eorum sumens frustulum ait, **שנה טובה ומתוקה** *Annus & bonus & dulcis sc. Tibi vel nobis sit.* Fructibus etiam dulcibus vescuntur, amygdalis, ficibus, uvis passis, cucumeribus, & aliis; quibus preces diras in hostes suos addunt, quas refert succinctè Buxtorfius loco suprâ laudato. Nos autem, à circumcisis carne per circumcisionem cordis segregati, nostrum **שנה טובה** ita celebrabimus, ut conveniamus & unanimi ore DEUM pro beneficiis, retrò lapsò præstitis anno, laudemus atque gratias agamus ingentes. Nam, quod singulare DEI beneficium est, possidemus adhuc purissimæ religionis Palladium. Verbum DEI ex limpidis Israëlitis fontibus, defecatum absque **χρυσοκαπήλων καιπηλεία** (2. Cor. II, 17.) haurimus, bibimus, & manducamus, (Jer. XV, 16.) sicque Sacramenta integra ac incorrupta habemus: & quæ sunt alia numero infinita & magnitudine inæstimabilia, divinitus nobis exhibita beneficia. Recordemur modò jam bona animi quibus clementissimus DEUS nos beavit, bona corporis, quibus nos ornavit, bona externa, quibus nos cumulavit & ditavit. Dedit nobis rectitudinem mentis, sanitatem corporis, tranquillitatem temporis, victus copiam, successorum gratiam, fautorum benivolentiam. Quis non nolit hæc oblivisci? quis non gaudeat meminisse? quis non discupiat celebrasse? Verùm ut perennet benigna DEI ergà nos cura & paterna clementia, rogamus meritò misericordissimum Patrem Domini nostri J. CHRISTI, velit uti hætenus, ita porrò ex alto benedicere.

dicere nobis, beneficia beneficiis addere, atque concedere, ut Novus hic Annus, quem suâ jam vicissim ingressi sumus gratiâ, lætis nobis auspiciis ineat, lætioribus procedat, lætissimis tandem exeat, ac sæpius recurrat, gradu tamen semper felicior. Mittat porrò super nos JEHOVA sapientiam suam ex sancto Cœlo suo, & ex throno Majestatis suæ, quæ nobiscum semper sit, nobiscum laboret, nobiscum meditetur, & omnes actiones nostras ita regat ac dirigat, ut vergant ad nominis sui gloriam, nostræque animæ salutem! Avertat etiam DEUS, & propulset à nobis truculentas antiqui serpentis ejusque satellitum insidias, non per hunc modò, sed secuturos etiam annos. Et hoc faxit IMMANUEL noster JESUS! In cujus benedictio nomine etiam omnibus ac singulis, ex imo penetrali, vovemus GRATIOSAM DEI PRÆSENTIAM. Nam si DEUS pro nobis, quis contra nos? quò cum ingentes pugnas pugnabimus, vincemus & palmam auferemus. Ipse enim mandabit Angelis suis de nobis, ut custodiant nos in omnibus viis nostris; in viis pietatis & devotionis, in viis justitiæ & administrationis, in viis modestiæ & negotiationis.

Si præsens DEUS, est vel fiet aranea murus;

Si præsens non est, vel murus aranea fiet.

Ergò

Sis præsens DEUS. ò nostris spes unica rebus!

Cunctaque præsidio tolle sinistra tuo!

Tege Ecclesiam, rege Politiam, rem familiarem foecunda. Fac quod Tibi sit gloriæ, hostibus ignominia, nobis saluti. Mane nobiscum, nec vitam cupimus, nec mortem subibimus sine Te, ò Optime CHRISTE, ò JESU melitissime! Strenæ loco offerimus & quidem Statui Ecclesiastico, CORNŪ ARIETINUM cum inscriptione

Coro

Cornu Evangelii, pie JESU, Patriæ in oris

Non interrupto fac resonare sono.

(Non alienum à pietate fuerit, mentione Cornu arietini, quod  
Judæi inflant, & recordari Typici arietis qui CHRISTUM die  
circumcisionis suæ (Novi Anni nostri) vepribus Legis jam  
implicatum, & in cruce deinceps spinis coronatum, proq; no-  
bis oblatum, præfiguravit: & sonum Evangelii quoque  
(Φθόγγῳ) intelligere, qui exivit in omnem mundum;  
quem ut Cornu salutis nostræ, JESUS, continuum, clarum &  
purum in Ecclesiis nostris efficacemq; conservet, supplicamus.)  
Statui verò Politico, POCULUM VINO PLENUM,  
cum hac Inscriptione:

Principibus ferimus mitissima pocula vini,

CHRISTE fac, ut caleant mutuo amore sui.

(Poculum hîc non turbâ gemmarum aut Smaragdîs textum,  
sed Grammaticum, ut olim appellarunt, offerimus; quale  
illud cum Titulo in ambitu: Διὸς σωτῆρος. Nostrum esse  
posset: Φιλίας καὶ Ειρήνης. Ita enim, dum adhibita po-  
cula & vinum in tesseram amicitia, signum prudentia ac le-  
titia, Concordiam Principib. Terra, nobis Pacem optamus.)

Et Statui denique Oeconomico præsentamus MENSAM  
DULCISSIMIS CIBIS REFERTAM, cum Inscriptione:

Instruimus Mensam votis: at Tu instrue donis,

Atque tuâ hanc reple, CHRISTE benigne, manu.

(Scriptura Sacra Mensa nomine omnis generis benedictionem  
& bonorum copiam, vitæq; hilaritatem notat: quam abunde  
Civibus à Deo precamur.) Cæterum quid Studiorum no-  
strorum Patrono? quid Patrono nostro inquam, sub No-  
vi Anni ingressum vovebimus? novas vires, novam va-  
letudinem, atq; omnia nova & alia Ipsi toto ex animo  
comprecamur. Vivat hunc Annum sanus & incolumis!  
vivat non ineuntem hunc solùm, verùm per æquè omnes

con-

consequentes annos, quibus spiritum ducturus est, candi-  
dos, & ut Poëta loquuntur, terque quaterque felices!

Vivat Patronus noster, Vivat!

Qui Phœbi suboles, Virumque splendor  
Omnium optimus, unus optimorum.

Vivat & floreat! noster Patronus,  
Qui & Præsidium, Decusque nostrum.

Vivat! floreat! & vigescat!

Qui nostris favet & fovet Camœnas,

Qui nostras fovet & favet Camœnis,

Qui nostras amat & juvat Camœnas,

Qui nostras juvat & amat Camœnas.

Vivat! floreat! & vigescat!

Vivat! floreat! & virescat!

Vivat! floreat! & nitescat!

Vivat! floreat! & senescat!

Dic cœli Moderator atque Monarcha,

Dic FIAT! eja FIAT!

Da Pater omnipotens, Patronum vivere nostrum,

Da fortunatum & per secula porgere nomen.

\* \* \*

Sic vota nostra pro bono Novi Anni auspicio, in Tuum  
desinebant nomen, MAGNIFICE VIR, PATRONE  
VENERANDE. Hisigitur salve, & salutem & bonam vi-  
tam perenna! Nobis quidem nec valere, imò nec vivere  
suave erit, nisi utrumque illud Tibi contingat. Quid e-  
nim nos sine Te, qui post NUMEN ÆTERNUM neminem &  
colendum magis & observandum habemus. Tu unicus ac  
verus Studiorum nostrorum Patronus, Tu Promotor noster  
& ALTER ob amorem & summa in nos merita PARENS.  
Cui nostotos nostraque studia, spesque adeo nostras & in-  
crementa

B

crementa

crementa omnia, quâ decet reverentiâ, consecramus, com-  
mittimus & commendamus. DEUS O. M. AUGEAT TIBI  
VIR SUMME, DE NOSTRIS ANNIS, TUOS PORRO  
ANNOS! CHRISTUS TE SERVET! NUMEN TE  
DEFENDAT! Id quod Tibi precamur a nimitus, Deum  
quotidie interpellantes pro Tuâ perpetuâ propriâque sa-  
lute, ILLE nos exaudiet, nec preces nostras surdâ aure  
accipiet. Vale & vive quam diutissimè, quàm felicissimè!

Haud unquam Tibi sors varia in contraria vergat

Sed placidis semper Cymba feratur aquis.

Clade domus careat, careant quoq; clade propinqui,

Vitaq; inoffensò porro tenore meet.

O pergas etiam nostræ succurrere cymbæ:

Sis facilis nobis, & Bonus esto Bonis.

Sic Mundum exosus, dirupto stamine vitæ

Conscendas tandem Regna beata Poli.

αὐτοχρῆστος ἀλλ' ὀλοκαρδῆος

Scr.

WITTEBERGÆ,

A. R. G.

M. DC. LXX.

KL. JANUARIIS. QVÆ. BONÆ. FAUSTÆ. FELICES.  
FORTUNATÆQVE. SÆPIUS. REDEANT!

\*\*\*

*Dic nostra, Alme Pater, sint pia vota rata.*



OB-

OBSERVATIONES

*De Anni initio, ejusq; Festivitate apud Orientales  
imprimis Mohammedanos.*

I.

**P**ersæ, qui Mohammedanæ religioni addicti sunt, Novum Annum non eo, quo nos, auspiciantur tempore, neque etiam, quo Judæi (α), sed mense Martio, idq; tantâ faciunt solennitate, ut quindecim vel sedecim dies etiam summâ lætitiâ transigant.

α) loquimur de Judæorum Politici Anni exordio, non Ecclesiastici, cujus initium omninò in Martium nostrum incidit, atq; adeò cum Persarum Novi Anni initio commune ferè est.

II. Vocatur Festum illud iisdem *Naru*, secundum JOHANNEM de LAËT (β) vel potius, ut vult SCALIGER (γ) *Nauruz* aut *Neuruz*, quod ad verbum est, *Novus Dies*, quasi diceres *νεννεξία*.

β) JOHANNES de LAËT in *Descript. Persiæ*, cap. 4. Ad OLEARIIUS in *Itin. Pers.* pag. 307.

γ) SCALIGER in *tr. de Emend. Temp.* lib. 3. p. 196.

III. Licet verò Persæ, uti diximus, Anni Novi initium non eo celebrent mense, quo apud Judæos celebrari solet: circa idem tamen prope tempus, quo apud Judæos Novi Anni Festum institui consuevit, simile quid peragunt, Festumq; aliquem diem habent, cujus origo ad Judæorum traditionem referri aliquo forsan modo potest. Solet enim ut plurimum mense Octobri Sacerdos summus, qui agit *Mechæ* (δ) filium suum mittere cum Camelo ad id devoto, quem primò per urbem ducunt, ubi à vulgò ipsi pili toto corpore detrahuntur, deinde magnâ pompâ ipso Rege atq; Aulicis omnibus comitantibus educitur in patentissimum campum; atque hîc Rex pedes Sacerdotis illius deosculatur, tum Camelus ab hoc benedicitur, aut potius solenni carmine devovetur; accurrit deinde prætor, transigitq; Camelum lanceâ, cui deinceps ab altero caput amputatur acinace: quibus absolutis fex vulgi atque etiam honestiores tantâ celeritate cadaveri incumbit & particulas dissecat atq; auferre conatur, ut non rarò plures vulnerentur & pauci aliquot aut conculcentur, aut ad mortem usque vulnerentur.

δ) in quâ civitate communi sententiâ MOHAMMEDIS sepulchrum

pulchrum haberi creditur, & sarcophagum in aëre suspensum esse: ast fabulosum hoc esse scribit *ADRIANUS ROMANUS* in *Theatro Urbium*, ubi agit de *Arabia Fœlice*, & *Mohammedem* *Medinae* sepultum esse, ejusdemq; loculum ibid. in terris catenis vinctum, ne forsitan ab aliquo rapiatur, asserit. Idem etiam *OLEARIUS* de *Mohammedis* sepulchro *Medinae* extante confirmat. Quare verò tantâ reverentiâ *Mekkam* accedant, inde forsitan fit, quia *Abrahami* ibi templum extare credunt, & aquam, ex quâ *Hagar* potata fuerit, sanctam ibi adesse censent. Vide. *sis Adr. Romanum in Theat. Urbium*, & *Olearium in Itin. Orient.* p. 323.

IV. Atque hoc ipso Festo memoriam sacrificii *Abrahami* celebrare sese profitentur *Mohammedani*, teste *Johanne de Laët*. Cum quo paria, si historiam ipsam respicimus, refert *Adam Olearius*, l. c. quoad temporis verò lociq; circumstantiam discrepare videtur à laudato Autore. Dicit enim d. 25. mensis nostri *Aprilis* solennitatem hanc *Mekkæ* peragi; *Olearius* verò testatur, quòd in aliis quoq; civitatibus die memorato *Sacerdotes* Festum hoc, quod *Kurban* (e) vocant, celebrent in memoriam *Ismaëlis* immolandi. Ubi & hoc observat, quòd cuncti *patresfamilias* ante solis ortum extra ædes agnum mactent, in frustra dissecent, *pauperibusq;* distribuant in ejusdem rei memoriam.

e) Vid. *JOH. FABRICIUS* in *Specim. Arab.* p. 6. qui & alia ibidem annotat de hac ipsâ re; cui addi etiam possunt, quæ *CHRISTOPHORUS RISCHEUS* *Cubicularius Regius* & *Cancellario Franciæ à Secretis*, *Tr. de moribus Turcarum, Arabum aliarumq; Gentium, quæ Muhammedem sequuntur*, habet. An verò, quod *CL. Fabricius* prodit, adeò absurdi *Mohammedani* sint, ut sibi persuadeant, *verveces* istos seu agnos per mactationem hanc, immolationis representatricem, *Paradisii gloriæ participes aliquando futuros*, ac pro *Dominis suis*, qui eos in sacrificium obtulerunt, in extremi *judicii die Deum* precaturos, id sanè ut credam, haut facile adducor. Si tamen ita ineptiunt *Mohammedani*, nollem profectò ego inter *miserrimos istos cœlestis gaudii Candidatos*, nomen meum profiteri, cum verendum omninò meritoq; sit, ne *repulsam certò Candidati*



*dati isti ferant ; nec juvabit etiam ullum talis Patroni inter-  
cessio.*

V. Egregia in rem præsentem ex Fernando quodam Lopez Castagneda refert illustris *SCALIGER*, (ζ) cujus verba hæc sunt: *Perse ad hanc usque diem principium veris non solum temporum civilium epocham & titulum statuunt, sed etiam epulis & pompâ prosequuntur* (η) *Sanè FERNANDUS LOPEZ CASTAGNEDA libro Indicarum Rerum sexto cap. 46. scribit, Lusitanorum Legatum BALTHASAREM PERSONAM à præfecto XEQVE Ismaelis Regis in quodam Oppido Persidis detentum, quòd Rex celebraturus esset solenne festum, quod Linguâ Persicâ NEURUZ vocari dicit, idq; significare solenne verni temporis. Balthasarem Personam detinuerat Præfectus, ut omnem apparatus solennitatis Neuruz & pompam Regiam videret.*

ζ) *SCALIGER in Tr. de Emend. Temp. lib. 3. p 196.*

η) *Idem ex antiquâ consuetudine etiamnum Perse observant, quemadmodum videre licet apud Ad. Olearium, qui omnino circa Novi Anni apud Persas solennia, consulatur, in Itin. Orient. p. 307.*

V. In summam si de Persis auctorum tradita contrahantur, patet, quòd I. Festum Novi Anni æquinoctio verno seu die 14. (θ) mensis nostri Martii celebrent; II. non unum, sed aliquot dies celebritati huic impendant. III. Matrimonia fermè solum illa, quæ tempore eo contracta, rata habeant ac legitima. IV. Festum hoc non in memoriam immolati Isaaci, vel ut ipsi volunt Ismaëlis, sed propter aliam quandam causam instituant; cum alio mense, videl. Aprili vel Octobr. aut alio quoque diem aliquem in immolationis illius recordationem festum habeant. Atque in ritibus hisce cum Persis Turcas aliosq; Mohammedanos convenire, non penitus improbabile est.

θ) *CL. OLEARIUS tamen l. c. die 10. nostri Martii hoc fieri asserit, idq; probat, quoniam eo die Mathematicus quidam Persa ipsum momentum, quo sol equatorem attingit, observavit, & tunc Novum Annum denunciavit.*

VII. Veritati etiam consentaneum est, Persas atq; Turcas sub Novi Anni auspiciam dona invicem mittere. Sanè de Indis, qui  
annum

annum lunarem Arabum , Mohammedanamq; religionem & ipsi maximam partem sequuntur, teste Nobiliss. Dn. à MANDSLO (i), Scaliger ex Epistola quadam (x) recenset, quòd vetus Gentis mos sit, ut anno ineunte, ab die nono Lunæ adusque vicesimum, Regni proceres & Bonziorum principes ad Regem quisque suum salutandum non sine donis accedat (λ).

i) Dn. à MANDSLO in Epist. Olear. Itin. Pers. ad pos. p. 3.

x) SCALIGER ex epistola quadam, quam ALOISIUS FROES Jesuita anno 1565. ex Insula Japan scripserit.

λ) De ipsorum quoq; Persarum consuetudine omnino vid. Dn. OLEARIUM in Itin. Orient. p. 309. & 494.

IIX. Facere non possumus, quin & de Syris itemq; Æthiopicis paucissima materiæ huic inservientia commemoremus. Etsi vero Syri Antiocheni annum suum à Paschate auspicentur, dubitamus tamen, an de Politico Anno auctores, qui hoc tradunt, loquantur, & non potius de anno Ecclesiastico, quem fideles primitivæ Ecclesiæ communiter à Paschate ordiebantur. Quicquid verò hujus tandem rei sit, id tamen apud nos certum est, quod lectionem in Ecclesia suâ Antiocheni adhibeant Novi Anni Festo (μ), diversam omnino tum ab illâ, quâ Paschatis Festo utuntur ipsi, tum ab illâ, quæ in nostris Ecclesiis Festo novi Anni recepta.

μ) Discimus id ex MS. Codice Syro IV. Evangelistarum antiquissimo, qui in Altdorsinensis Academia Bibliotheca adservatur.

IX. Æthiopes denique quod concernit, testatur de iis Legatus quidam Æthiops (ν), quod Calendis Septembribus Annum incipiant, qui dies semper incidat in Vigiliam Johannis Baptistæ. Atq; de his hæc vice; neque enim singula inquirere, ventilare & decernere animum induximus. Dabit meliora dies, ætas, lectio. Interea pro præsentibus dicimus DEO GRATIAS.

ν) in Enarratione de fide & religione Æthiopum; Vid. & DAMIANUS à GOËS de moribus Æthiopum pag. 454. qui hæc ita transtulit, ap. BOHEMIUM de ritib. Gentium.

Ad.

## ADDITAMENTA,

### I.

De Judæorum immersione in aquam: Cur aquis sese Judæi Fef-  
to isto, Rosch-Haschschan dicto, immergant? Meminit hu-  
jus rei BUXTORFIUS in *Synag. sua Jud. pag. 397.* quod nimirum  
die hoc post sumtum cibum Vir, uxor, liberi, juvenes senesq; ad-  
undam properent, quasi peccata sua lymphâ purgaturi, sive etiam  
eadem in aquam abjecturi. Neque tamen mirandum tantopere  
est, quare Judæi peccata sua aquis istis abluï posse sibi persuasum  
habent. Cùm enim quodcumq; dictum Biblicum ad ritus suos ne-  
scio quâ superstitione à majoribus introductos palliandos addu-  
cere soleant, ita sanè nec ipsis hîc desunt loca Scripturæ, quibus  
ceremonias has insinuari vel niti etiam, gens credula arbitratur.  
Adducunt, ceu CL. Buxtorfius meminit, in rem istam locum Mich.  
VII, 19. cui, miror, quare non præferant vel saltem addant Esa. I  
16. nec non Ps. LI, 9. Sanè ipse quoq; R. LIPMANNUS nec ad prio-  
rem locum annotat, ritum hunc illo confirmari. Neque R. MAI-  
MONIDES tanti duxit lotionem hanc sive immersionem, ut de  
illa in **מקוה** **ו** monere fermè quidquam operæ pretium  
duxerit.

### II.

De Tubæ inflatione in Novi Anni Fefsto. An tuba illa fuerit  
cornu arietinum, & quare tale esse debuerit? Videatur BON-  
FRERIUS in *Comm. ad Levit. c. XXIII, 24.* ubi prolixè hac de  
re disputat.

### III.

De Novi Anni inchoatione varii variè senserunt. Vide-  
lis LIMNÆUM ad *Capitul. Caf. p. 370.* BESOLDUM in *Theaur. Pract.*  
*verb. Jahr.* THOM. GARZON in *Theatro, discurs. 38. aliosq;.* Apud  
nos Christianos initium Anni numeratur à primo Januarii die,  
quo de conferatur SIM. SCHARDIUS *Hist. Germ. Tom. 3.* In  
Gallia Edictum CAROLI IX. de anno 1563. hac de re tale est:  
Voulons & ordonnans, qu'en toutes actes, registres, instrumens,  
contracts, ordonnances, edicts, lettres tout patentes que missives,  
& toute Esriture privées, l'annee commence d'oresnavant &  
soit

soit conté du premier jour de Janvier. Vid. COQUILLE, en l'histoire du Pays & Duché de Nivernois p. 259.

IV.

Romanis ex Romuli Lege Kalendæ Martiæ, ex Numæ verò instituto Januariæ inchoabant Annum. OVID. 1. Fast. & TIBULLUS 3. Eleg. 1. Add. CRUSIUS Tr. de Præcedent. lib. 4 c. 31. n. 78. Cur autem Romani, ut & Christiani, à Januario sumserint initium, videatur omninò CL. M. LIPENIUS in Tr. de Strenar. Hist. c. 4. §. 11. & seqq. ibiq; alleg. DEMSTER. ad Rosin. l. 2. c. 3. & PLUTARCHUS, Qq. Rom. probl. 19.

V.

Suecos etiam à Januario initia sumfisse innuere videtur JO. LOCCENIUS lib. 1. Antiq. SueoG. c. 4.

VI.

Judæos primum quidem mense Tischri, postea in memoriam liberationis Ægyptiacæ mense Abib incepisse vult HOSPINIUS, Tr. de Festis lib. 1. c. 1. Add. JOSEPHUS lib. 1. Antiq. Jud. cap. 5. ZEILERUS in Epist. 466.

VII.

Javanenses initio Martii celebrant festum novi anni, ut tradit JO. JACOB. SAAR. in der Ost-Indisch. Reise Besch. c. 2. p. 14. Armenii ipso XXV. Martii, & Russi Kalendis Septembribus, quòd eo tempore Mundum creatum esse putant, attestante OLEARIO in Itin. Pers. lib. 6. & l. 1. c. 8.

LAUS HONOR & GLORIA

SIT ILLI QUI

ANNUM BONITATE SUA CORONAT.

O DEUS! ô Hominum Custos, nostræq; Salutis  
Anchora firma: Tibi sit Gloria, Gloria summa,  
Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt.



6  
: דלללל

De

NOVI ANNI  
VOTIS

SCHEDIASMA:

Quò

Kalendas Januarias,  
Annum à Virginis Θεοτόκου partu  
cIo Ioc XXCIV  
aperientes,  
piè celebrabat

JOHANN-FRIDERICUS SCHARFIUS.



WITTENBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

MOMI ANNI  
VOTIS  
JEREMIA

ANNO 1794  
MAY 10  
MAY 10  
MAY 10

JOHANN-FRIEDRICH SCHMIDT  
BIBLIOPHILUS  
LIPSI





Væ res fortunatim, feliciter ac bene vortat! Cùm toti Christiano orbi, tum verò Ecclesiæ nostræ Orthodoxæ, & Academiae huic Wittenbergensi, nobisqve omnibus ac singulis, singulatim atq; universim, primò orientis anni illuxit dies: Quo die prisci Romani non lætis tantùm precationibus invicem faustum ominari, sed & munera ultrò citroqve mittere solebant. Herodianus hac de re dilucidè in vita COMMODI, Imperatoris illius olim nemini commodi, sed incommodi omnibus; *Ortò, inquit, eo festo, (anni nimirum auspiciū faciente) Romani potissimum se invicem colunt, salutantq; & numismata alteri missitant, & communicatione mutuâ pulcherrimarum qvarumq; rerum, quas terra & mare fert, oblectant exhiberantq;.* Læta itaqve Januariis istis Kalendis dicebant verba, alternasqve dabant & accipiebant preces, ut Ovidius loquitur, quò prosperè annum insequentem liceret transigere. Inde sedulò etiam cavebant, ne quod mali ominis verbum effutirent, operam dabant, ut jurgiis omnibus atqve litibus abstinerent, nec maledicentiâ quenquam onerarent. Quæ verò præter bona vota ac verba nuncupata, invicem missiculabant munera, propriè Strenas vocitabant; quemadmodum alia aliàs munera, sive certis personis, sive statis temporibus dari sive, sua peculiaria quoque nomina obtinuerunt, de quibus in *Dissertatione de Jure Donationum, §. 2.* Istiusmodi novi anni incuntis apud Romanos auspicia inde à primitiva ex Gentibus collecta Ecclesia hodieq; non omninò apud Christiani nominis Confessores desierunt. Quapropter operæ temporisqve non planè facturus dispendium videri queo, si in præsentis de Votis Novi Anni breviter disseram, adeoq; quò magis inservire cupio tempori, quod vitio dari nunquam potest, eò etiam promptiorem favorem mihi spondeo ac polliceor à BENIVOLO LECTORE, Cui solum vota nunc offero, strenis non comitata; quibus tamen con-

tentum se fore, libenterque adjuncturum sua, planè persuasum habeo. Nam multæ sunt causæ, quæ suadent, ut Novum Annum votis ac precibus exordiamur. Et præcipuè hoc tempore, ubi alterum malum alteri quotidiè succedit; sed meliora JESUS! qui præter vota etiam nobiscum aget. Atque ego quidem ex toto meo animo precor, ut Annus hic Novus auspiciis ineat bonis, melioribus procedat, optimis exeat, & semper redeat felicissimis. DEUS OPT. MAX. rerum omnium Conditor & Moderator, velit nos salvos atque incolumes non modò conservare, verùm etiam omnes ab infensissimo humani generis hoste paratas nobis insidias clementer avertere ac propulsare; nec non sapientiam suam ex sancto Cælo suo & ex throno Majestatis suæ super nos porrò mittere, quæ nobiscum semper sit, nobiscum laboret, & actiones meditationesque nostras ita regat ac dirigat, ut vergant ad nominis sui gloriam & nostrum emolumentum. Fiat! fiat propter filium suum JESUM CHRISTUM!

Annue CHRISTE meis JESU puer optime votis,

Et fac ut felix lætusque eat omnibus Annus.

§. I. Ad Vota inaugurandi Anni ergò quod attinet, non ipsa accipimus eâ animi superstitione, quasi in nudâ verborum  $\Phi\theta\acute{\epsilon}\gamma\lambda\omega$  felicitas anni sit sita, aut quasi ea, quæ voto concipiuntur, ex primis anni initis velut sacratis quibusdam auspiciis, necessariò obtineantur, uti PLINIUS de læva suæ ætatis opinione quærit: cur primum anni incipientis diem lætis precationibus invicem faustum ominamur? et responsionem ad meram superstitionem revocat *lib. 28. H. N. c. 2.* sed partim, quod benè potius, quàm malè amicis occurrentibus cupiamus, partim quòd plura à Deo bona per devotas ejusmodi preces obtineri posse fidamus. Quod ergò olim superstitionis fuit inter Gentes, id hodiè pietatis est inter Christianos. Quod si aurum in templum Salomonis illatum ex usu factum est lacrum, quòd antea ex suo commercio profanum fuit; quantò magis ritus  $\alpha\delta\iota\alpha\phi\theta\gamma\sigma\iota$ , ex superstizioso seculo in Ecclesiam translatus, erunt sacri, Deo & hominibus grati, qui & qua.



quatenus verbo Dei, & ore fidelium sanctificantur. Quam pietatis Christianæ partem DRESSERUS in tr. de Fest. dieb. p. 12. satis piè descripsit: *Mos est Christianorum & pius, & salutaris, ut alter alteri novum optet ac gratuletur annum. Complectitur autem gratulatio hæc votum ardens, & precationem seriam, ut novus annus benè prospereq; eveniat, & sæpius eadem felicitate recurrat.* In hac gratulatione primum respicere debemus cum præteriti temporis memoriam recordari ultimam, ut quæ nobis bona, male in vita antea acta acciderunt, aliè in animo reputemus, Deoq; pro paternâ & clementi conservatione vitæ, pro victu, pro defensione in periculis, atq; adeò pro omnibus beneficiis, spiritualibus & corporalibus, gratias agamus: Tum orare etiam nos decet, ut in tempus posterum nos eadem bonitate Deus custodiat, protegat, alat, foveat & iucatur, faciatq; nos vasa misericordiæ, & organa salutaria nobis ipsis & aliis.

§. 2. Origo Votorum, ad Kal. Januar. alligatorum, à Romanis quidem est; sed non omnia, quæ Romanorum erant, improbari poterant. Strenæ etiam ex Latio sunt, nec tamen prorsus apud nos conticescunt. Si omnibus Romanorû rebus repudiû renuncias, renunciandum est & lingvæ Romanæ & Juri Romano & Imperio ipsi. Quæ quia retinere studemus, quòd bona sint, quòd utilia sint, quòd iusta sint, cur non Strenas retineas, & Strenarum vota, imprimis si ab omni impietate & profano usu defœcentur? Imò si verum fateri velimus, vota non tam à Jano sunt, quàm à novo anno: effectus piarum mentium, non profanarum gentium. Nam si quæras, *cur vota sua Romani Kalendis Januariis alligarint?* rationem aut nullam dant, aut non satis adæquatam. OVIDIUS dicit, id idè fieri, quia omina principiis inesse soleant; sed id superstitioni favebat. MACROBIUS, quia Janus Sol, qui sit omnis temporis autor; quasi verò alio die Sol non æqvè luceat, ac primo Jani die. PLUTARCHUS, quia apud Janum coitio duorum populorum Roman. & Sabin. sic facta; quasi verò id factum sit medio Brumali tempore. Potissima votorum ratio mihi hæc videtur esse, quòd vota secuta sint novos Magistratûs, Coss. Præ-

coetes, alios: quorum fascēs ut felices essent, Strenas captabant & vota reddebant; vota, inquam, pro Imperantium & parentum mutuā felicitate. Quòd quia ab Anno U. C. 601. Kal. Januar. factum est, ideoque ab eo tempore etiam vota Kal. Jan. facta sunt, tam ante Imperatores, quam sub iisdem.

§. 3. Ut autem mentis notio eò notior fiat, istud ante omnia præmonemus, quòd Votum hîc paulò latius pro quacunque sive salutatione sive appreciatione, sive contestatione & gratulatione accipiamus; non nesciî, quòd votum interdum strictius, aut pro nuptiis aut pro *Φιλοσοφία* parentum ad liberos, aut pro religiosa voti nuncupatione capi soleat. Nam apud Ictos votum quandoque idem, quod Matrimonium seu Nuptiæ, ut *l. 4. C. de Sponsal.* hincque vota secunda, tertia, pro nuptiis secundis, tertiis, *l. 10. C. de Secund. nupt. & Novell. 22. c. 29.* An quia ex voto ducunt aut nubunt? aut quod utrisque in votis est suscipere liberos? quærit BUCHNERUS, in *Thesaur. Fabr. Emend. fol. 508. b.* Sed quod ipsi dubium, nec nobis adeò certum ac exploratum esse potest. BARTHIUS aliam subesse autumat rationem, nimirum, quod principalis humanæ vitæ societas in eatur iis quâ bona pars felicitatis ipsius universæ dependeat, *Animadv. in Claud. pag. 796. b.* Rursus aliam adfert JO. CALVINUS, quippe quod in nuptiis contrahendis ultrò citroque fiant promissiones, *Lexic. Juridic. fol. 1944.* Proxima tamen, si quæ alia, & vero tantùm non similima videtur ea, quam GUTHERIUS habet, videlicet, quod in Nuptialibus Sacris vota fieri consueverint, *de Vet. Jur. Pontif. lib. 4. c. 6.* Deindè Votum etiam apud Ictos significat *Φιλοσοφίαν* & inclinationem naturalem parentum erga liberos, *l. 7. ff. si tab. testam. null. & l. 15. ff. de inoff. testam.* item sententiam, consensum ac suffragium, *l. 21. ff. de recept. arbitr. & cap. 2. de Elect. in 6.* Est quoque ubi pro Testamento sumatur, ut *l. 23. in fin. C. de testam.* Sacri Digesti scriptores Votum modò pro toto cultu divino, ut *Es. XIX, 21. & Ps. L, 14.* modò materialiter pro revotivâ accipiunt, ut *Exod. XXXVI, 3. Num. XXIX, 39. Deut. XII, 6. 17.* Videtis P. L. Reverend. DN. CHRISTOPH. SCHÜTZIUM, Philologum pariter ac Theologum clarissimum, *Contubernalem quondam meum*  
Lip.

Lipſia in edibus B. D. Schacheri conjunctiſſimum, Diſp. I. de Votis Veterum, c. 1. Sed nobis hîc Vota ſunt omnis generis preces, gratiarum actiones, gratulationes & optata amica. De quibus CL. LIPPENIUS in ſtrenologia ſua, c. 5. §. 17. 18. 19. & ſeqq.

§. 4. Consideranda igitur hîc veniunt Vota, prout in ſe complectuntur (I.) *amicas Salutationes & fauſtas Exceptiones.* HERODIANUS in Commodo ſcribit: *ἑταῖροις δεξιῶντας το ἀλλή- λους ἡσὶ προσαγορεύουσι*, ſe invicem excipiunt ſalutantq;, amicis al- loquiis ſe invicem compellantes. Id cùm pleriq;ve alii, tum interdum etiam ipſi Imperatores præſtiterunt. Documento eſſe po- teſt SYMMACHI Epistoſa ad *Auſonium*, l. 1. Ep. 13. quâ ſcribit Gratianum cœleſtem orationem bonæ Spei & hilaritatis plenam in frequenti Senatu Kal. Januar. habuiſſe; & vicifſim Epist. 44. ad Agorium docet, ſuum patrem ex agro in curiam vocatum, cùm Kalendæ eſſent, quibus Annus aperitur, ipſum Senatam compellâſſe, eidemq; eo nomine gratias egifſe. (II.) *Gratiarum Actiones*, quas ſive Novi Coſſ. ſive Imperatores, ſive adoptati Auguſti dicebant Kal. Januariis. SPARTANUS certè in Ælio ſcripſit, quòd pulcherrimam orationem pararit, quâ Adriano patri gratias agere voluiſſet, niſi portione acceptâ ipſis Januariis Kalendis periifſet. Coſſ. gratias pandunt tot Panegyrici, ab ipſis ad Impp. & Senatores habiti, quorum ut maxima dicendi copia fuit, ita ſcripta publica famâ circumferuntur, nec transcriptio- ne opus habent. (III.) *Gratulationes*, quibus ſibi invicem de bonis ex voto acceptis gratulabantur. Talis eſt totus TIBULLI Panegyricus, quem ad Meſſalam Corvinum ſcripſit lib. 4. cum ſub Dom. Nerone Conſulatum iniret anno ab U. C. DCCCX. Conferatur GOSKIUS in *ſrenis ſuis*, fol. 360. & 380. *Sereniff. Pr. AUGUSTO gratulans*, de arcis Gvelpberhytana reſtitutione & *Infer. Circ. Sax. Directione*, it. de magnificentifſimo Reſtoratus ho- nore, fol. 28. 31. & 349. (IV.) *Precationes*, quæ fiebant ut Novi An- ni incepti auſpicia ſint bona, & omnia totius anni decurrentis ſi- ant fauſta. Eas OVIDIUS læta, bona, fauſta verba appellat. (V.) *Deprecationes*, quibus omnium malorum averſionem à ſanctiſ- ſimo Numine deſiderabant. Sæpè enim fulgens Cometa, sæpè infauſtus Saturni aſpectus, sæpè ominofa Solis & Lunæ deliquia, sæpè

sæpè portentosa tonitrua & fulgura sub ipsum Novi Anni auspiciū Gentes terruerunt, quæ in votis novi anni, & in deprecationibus divini Numinis omne suum solatium posuerunt. *Vid. JUNIUS in Orat. Tom. 2. GOSKIUS in Pervigilio Pœtico, quod in Arboreto suo Augusteo extat fol. 359.*

§. 5. Et Vota ista erant aut privata aut publica. Privata, quæ quisque aut pro se, aut pro domo, aut pro Amicis faciebat. Nam & Uxor pro Marito, & vicissim Maritus pro Uxore, servus pro Domino, cliens pro Patrono, Amator pro amica, & viceversa, hi pro istis vota fundebant. Conferatur TIBULLUS *lib. 2. Eleg. 2. TAUBMANNUS lib. 2. Sacror. Posthum. p. 29. item lib. 3. p. 193. & 207.* Publica verò vota fiebant vel pro tota Republica, vel pro Coss. & reliquis Magistratibus. Quæ CICERO fecerit vota pro Consulibus, totiusque Senatus felicitate, Oratio ejus pro Muræna, ipsis Kal. Jan. habita, evidenter ostendit. *Add. LIBANIUS in Panegyri. Juliani T. 2. oper. Orat. 8. & FERRARIUS de Acclamat. Vet. l. 7. c. 11. & 14.* Suscipiebantur quoque vota pro Imperatoribus & Belli Ducibus, tam à militibus, quam à civibus in castris & in urbe. Testis est TERTULLIANUS *de Corona Milit. c. 12.* Lætaræ nempe acclamationes fiebant in Exercitu, cum Imperator castra obiret, ut indicat *l. 1. C. de Veteranis.* Et potissima quidem vota pro Augustis & Cæsaribus, tanquam summis Principibus, faciebant, utpote qui Salus una & prima erant Reipublicæ. Omnesque ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro salute Augusti stipem jaciebant, SVETONIUS *in Aug. c. 57.* Adde quod DION *lib. 51.* habet, quod quo die Sacerdotes vestales pro S. P. Q. R. vota ceperint, pro ipso quoque Augusto vota fecerint, atque in conviviiis non modò publicis, sed privatis etiam pro eo libaretur, *fol. 523. & lib. 56.* Senatus indictus est, ut pro salute Augusti vota conciperentur. Conf. PLIN. *Panegyri. sub fin. & l. 10. Ep. 44.* Votorum autem summam hanc fuisse apparet ex TERTULL. *Apolog. c. 30.* ut scilicet Imperatoribus vitam prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcumque hominis & Cæsaris vota sunt, precarentur, vel *ut Salus Principis,* utpote quæ & privatorum seu subditorum salus sit, secundum

dum JOH. de PLATEA in l. i. C. de Veteran. ubi Constantino  
ita acclamatum legimus: *Auguste Constantine Deus te servet:  
vestra salus nostra salus.* A salute enim Principis velut filo pen-  
det salus terrarum orbis, ut AMMIANUS MARCELLINUS  
scriptum reliquit lib. 24. 29. & 30.

§. 6. Non silentii peplo involvenda quaestio illa: *An  
Vota pro salute Imperatorum ipsis Kalendis Ja-  
nuariis facta, an die tertio post Kal. Januarias?*

Erat enim Votis hujuscemodi praecipue quotannis dictus tertius  
post Kalendas Januarias dies; quod verbis uncialibus quasi e-  
nunciat CAJUS JCtus, l. 233. §. 1. ff. de V. S. *post Kalendas Ja-  
nuarias die tertio pro salute Principis vota suscipiuntur.* Et vide-  
tur SÜETON. c. 57. innuere, *alio die stipes pro salute Augusti in  
Lacum Curtii jactas ex voto; & vicissim alio die Strenas (& cum  
strenis vota) oblatas.* Quae uti satis aperta sunt, ita quomodo  
cum Kalendarum Januariatum votis conciliari queant, videndum.  
Nam ipsis Kal. Jan. etiam pro Caesaribus oratum, libatum & suppli-  
catum esse, quis dubitare posset, cum legit tot Panegyricos, tot  
gratiarum actiones, tot acclamations ipsius Kal. Januariis, iis  
praesentibus & audientibus, publice in confesso Senatus & Con-  
silio aulici habitas? Accedit, quod LIBANIUS, qui accurate  
non tantum ipsarum Kalendarum, sed etiam antecedentis no-  
ctis, imò & sequentium quatuor aut quinque dierum omnes actio-  
nes, ludos, ferias, gaudia exacte & graphicè depingit, nihil  
tamen eorum votorum meminit, quae CAJUS dicit tertio Kal.  
Jan. die pro salute Principis fundi. Tandem cum omnia salu-  
tis & felicitatis omnia posuerint Romani in primo anni auspi-  
caldi die, mirum est, si Coss. saluti libantes, Caesarum salutis  
adeò negligentes fuerint, ut istorum auspicalem felicitatem  
primo anni die exoptaverint, Caesarum votis & precibus in ter-  
tium demum post Kal. diem rejectis aut dilatis: cum potius in-  
verso ordine vota Caesarum antecedere, Consulium sequi debuif-  
sent.

§. 7. Pro quâ laticulâ componendâ, distingvenda tempo-  
ra

ra sunt. Nam quousque Consularis potestas fuit, strenarum  
 etiam, Votorumque solennitatem ad Kalendas Januarias fuisse  
 alligatam, præter alia jam tum dicta evincit LIVII locus l. 21.  
 sub fin: *Consul C. Flaminius conscientiam præteritorum & capito-  
 lium, & solennem Votorum nuncupationem fugit, ne die inini ma-  
 gistratus Jovis O. M. templum adiret. Eaque vota cum pro Coss. tum  
 pro omnium Senatorum, imò & totius Reip. salute sunt facta.* Post  
 sub Impp. & Augustis Strenæ atque Vota pro Coss. & Rep. Kalen-  
 dis Januariis manserunt; sed vota pro Impp. tanquam Capitibus  
 Reipublicæ, ex S. P. Q. R. devotione in peculiarem diem, ter-  
 tium scilicet à Kalendis (nam secundus erat nefastus) fuere trans-  
 lata. Ea sic conjecto (1.) ex PLUTARCHO, qui in Cicerone  
 inquit, *Ciceronem tertia die Nonarum Jan. quâ nunc* (de suo  
 tempore loquens) *Principes vota faciunt & mactant ὑπὲρ τῆς  
 ἡγεμονίας & pro Imperatore, natum esse.* (2.) Ex DIONE qui lib.  
 59. *Tertia die, inquit, quâ vota fiunt, convenerunt quidam.* (3.)  
 Ex TACITO lib. 4. c. 11. ubi Sabinus ad Carcerem raptus excla-  
 mavit: *Quem diem vacuum pœna, ubi inter Sacra & Vota, quo  
 tempore etiam à verbis profanis abstineri mos est, vincula & laqueus  
 inducentur?* Inter Sacra, quæ Kalendis, & Vota, quæ ad III.  
 Non. Januar. fiebant. Isteque mos jam tum ab Augusti tempori-  
 bus obtinuisse videtur. Nam & illi Strenas offerebant & Vota,  
 stipe in lacum Curtii missâ, faciebant: quorum illud Kal. Jan.  
 hoc III. Non. Jan. factum fuisse arbitror. Antiquum Strenarum  
 morem non moverunt, ne Kalendas Consulium & Annorum  
 indices turbarent: Ut autem & in Cæsares devoti essent, ter-  
 tium à Kalendis diem elegerunt, credentes, τῆς θεῆς ἐν ἐκείνῃ  
 μάλιστ' τῆς ἡμέρας χρηματίζειν τοῖς εὐχομένοις, ut LUCIA-  
 NUS in Pseudol. docet, Deos isto die potissimum votis & preci-  
 bus vacare. Hinc Tiberius solennia anni incipientis Kalend.  
 Januariis epistolâ est precatus (Coss. & Reip.) qui ipsi mox Vo-  
 ta (pro Tiberio) fecerunt, TACIT. lib. 4. *Annal. c. 11.*

§. 8. Ex istis igitur Votis pro Principe, tertius Novi An-  
 ni dies inclaruit, uti tres isti loci ex Plutarcho, Dione & Tacito  
 evincunt. LUCIANUS in Pseudol. quem paulo ante audiebamus,  
 idem docet, & EUNAPIUS in vita Maximi. Hinc VOPISCUS

vota à Kalendis Januariis æquè ac à Parilibus & Natalibus distinguit *in vita Taciti*. Hinc SPARTIANUS inter Kalendas & Vota intervenisse luctum inquit *in Ælio Vero*. Hinc non contemnenda observatio est BUCHNERI, CASAUBONI, SCHECKII, GUTHERI, STRAUCHII, eum ipsum diem tertium à Kalendis Januariis καὶ ἑξοχὴν VOTA appellatum. Satis clarè CAPITOLINUS in Pertinace: *tertio Nonarum die, Votis ipsis, &c. Vid. REINESIUS Var. Lect. l. 2. c. 4. pag. 145.* An idem etiam absolute SOLENNIA sit appellatus, ut vult LIPSIUS in *Not. ad lib. 16. Ann. Tac. p. 243.* equidem ambigo. Iste certè locus, quem ex Tertulliano adducit, non de Solennibus Votorum, sed solennibus Natalium Principis agit. Accommodatius forsitan in hanc rem PLINIUS *lib. 10. Ep. 44. ad Trajan: Solennia Vota pro incolumitate tua, quæ Salus publica continetur, & suscepimus Domine & solvimus. Confer omnino B. D. STRAUCHIUM Jctum, in Kal. Jan. c. 3. fin.*

§. 9. Pergimus nunc ad alia Votorum genera, quæ tam Animi quàm Corporis bona complectuntur. Velut est. v. g. (1.) Votum Longævæ vitæ, quod suo Domino & Imperatori vovit MARTIALIS *lib. 7. Epigr. 2.* (2.) Votum pacis & tranquillitatis publicæ, ut JAC. SANAZARII, *Eleg. l. 11. Legatus SCHOTTELI Sirena Pacifica, Brunswic. oblata Ann. 1642. & MÖLLERI Votiva Strena, quæ ipsis Kal. Januariis anni 1643. exhibitæ est in Arbor. Gosk. fol. 358. seq.* (3.) Votum sanitatis & incolumitatis. Ita Plinius Trajano, Mamertinus Juliano, Latinus Pacatus Theodosio, Nazarius Constantino, Ausonius Gratiano in Panegyricis suis hanc potissimam suorum votorum partem facientes, vegetum animi corporisq; bonum apprecati sunt. Ita Symmachus ad suos Principes: *Votum meum incolumitas vestra.* (4.) Votum felicium pugnarum & victoriarum contra hostes. Quæ sua desideria etiam Christiani suo Deo patefecerunt, Imperatoribus exercitus fortes, victorias lætas, prælia fortunata exoptantes. Quo spectat integra illa JO. MELCERI Oratio, sub novum annum 1596. Argentinae habita, quæ victorias Christianorum à Turcis deportatas magnifico verborum apparatu effert, *Tom. V. Orat. Junii.* (5.) Vorum Gratulatorium de fe-

lici reditu ex itinere. Ita S. P. Q. R. pro salute & reditu Augusti vota suscepisse, Nummi eam in rem excusi indicant, quos Tabula X. Nomismat. CAROLI Duc. Arschottani exhibet; Ita etiam Hafniensis iste Virgilius, GEORG. HUBERUS, ex peregrinatione redeuntem CHRISTIANUM, Principem Daniae & Norvvegiae haereditarium, excepit ipsis Kal. Jan. Ann. 1664.

§. 10. Adduntur porrò Vota pro felici regimine. Scilicet ut Veterum Romanorum, ita & Christianorum votorum prima & ultima lex est: *Feliciter impera; Prudenter impera; Juste impera!* Res satis claret ex FERRARII *lib. 7. Acclam. Veter. cap. 11.* Deinde Vota pro animi virtutibus & donis sapientiae, justitiae, pietatisq; obtinendis. Qvalia sunt illa, quae CHRISTIANUS GUEINZIUS Kalendis anni Auspicalibus, Ann. Domin. 1636. 37. & 38. obtulit, primo anno Diligentiam, secundo Prudentiam, tertio Justitiam, Primoribus Urbis Hallensis programmatibus publicis apprecatus; Item FRID. CAHLENUS, P. L. G. & Gymnas. Hall. Rector, Praeceptor quondam meus benevolentissimus, in *Σωμνησις* Anniversariis Anni 1658. Benedictionem coelestem & sinceram charitatis pyropum elargitus est. Plura talia in *Βαλλοφωλια* Gorlicensi FUNCCHI, Strenographia Herrens Schmidts / & in *Neuen Jahrs Pfennig* Georgii Albrechts / ejusdemq; Strenographia Astronomica videre licet.

§. 11. Quicquid deniq; felicitatis esse aut optari poterat, illud ambitu Votorum Januariorum complexos esse Romanos pariter ac Christianos, tam clarum est, quam quod clarissimum. Proinde in iis colligendis non aded inani sollicitudine occupabimur, sed tantum votorum aliquot specimina subnectimus, quae inter scribendum occurrerunt. Primū igitur esto, quod Anno 1672. CL. FUNCCHIUS dicto loco fudit, & inter cetera ita se habet.

### Votum pro Electore Saxonico:

**T**ibi, SERENISSIME PRINCEPS, JOHANNES  
GEORGI SECUNDE, DOMINE CLEMENTISSI-  
ME cum Tertulliano precor Vitam prolixam, Imperium securum,  
Domum tutam, Senatum fidelem, Populum probum, Pro-  
vin-



*vinciam quietam, & si quid forsitan humanâ sorte majus, precor  
saltem, ut servet TE Deus non nostris solum liberis, sed seris quoque  
nepotibus, Successoremq; TIBI non alium, quam quem ipse susce-  
pisti, nec ante tribuat, quam ubi similem & Tui & sui, disciplinis  
exemplisq; publicis, atq; sustinenda Reipublica moli jam parem e-  
ducaris. Istud excipiant Carmina Votiva Magni Theologi di-  
cam an Philologi? Dn. D. PFEIFFERI, Jahr. Dpffet dem  
Durchlauchtigsten Churfürsten zu Sachsen / in funfzehn  
Haupt- und Auswertigen Sprachen / demüthigst abgestattet / auff  
dero Universität Wittenberg Anno 1670. Videantur quoque  
Strenæ Goskianæ in Arboreto Augusteo ab anno 1636. usque ad  
annum 1660. publicatæ; & Suspiria fidelitatis, quæ pro Salute  
Principis AUGUSTI, Brunsvvicensis ac Lunenburgensis Ducis au-  
gustissimi, anno 1660. ipsis Kal. Januariis, Consilarii, Pastores  
atq; Clientes fuderunt.*

§. 12. Proximum locum damus Votis Academicis Elo-  
quentissimi JUNII, Wittebergensis, Professoris quondam Pu-  
blici in Alma Argentoratensium Academia celeberrimi, qui  
Oratione XVI. de Novo Anno, non tantum summa tria Dei be-  
neficia tribus Statibus Hierarchicis exhibita deprædicat, sed &  
devotissimas pro fidelium Ministrorum, Principum Christiano-  
rum, ac Doctorum Academicorum felicitate preces fundit. Im-  
primis huc refero secunda ista vota pro totius Germaniæ & præ-  
cipuorum Principatum in eadem salute, quæ Tom. II. Oratio-  
ne ejusdem materiæ habentur & ita sonant:

*Illustrissimi Principes ac Domini,*

*Illustres Generosissimiq; Comites & Barones,*

*Vobis anni hujus millesimi quingentesimi nonagesimi, & meo & Aca-  
demie nomine, ingressum faustum, felix medium, prosperum exi-  
tum à Dominantium illo Domino precor optoq; ut quoniam ille est,  
qui Magistratus excitat pios & conservat; Salomonem etiam ju-  
venem adhuc, sapientem, potentem & in disciplinam traditum,  
Nathani doctrinâ instruxit; idem Vobis adsit, a q; efficiat, ut in locis  
vobis subiectis nomen sit maneatq; ejus perpetuo: misericordia &  
veritas sibi mutuo occurrant, sese osculentur pax & justitia: Impe-  
rii vigeant Lumina atq; Columina inclyte Domus Brandenburgensis,*

*Brunsv. Lüneburgensis: Floreant Germania dynarchia alia illustres: Cor illud sacri Rom. Imperii Austria letetur, gaudeat Polonia, opibus viribusq; fortibus abundans: salva sit Ungaria, Germania clypeus & arx contra Turcam munitissima: omnis expers periculi literarum, literatorumq; amans sit Carintia.*

### Votum pro Professoribus:

**D**Einde & vobis Acad. Ephoris & Professoribus idē ille annus letus & ineat, & duret, & exeat, precor, optoq; ut, qui apud Eliam olim atq; Eliseum fuerunt cœtus magni ac frequentes, apud vos quoq; maneant: solita & religione & fide & industriâ plantare cœlos, terram fundare possitis.

### Votum pro Nobilibus:

**T**um & vobis, Adolescentibus nobili loco natis, anni hujus primordia & exitus faustos atq; secundos precor, ut, quod familie splendor requirit, postulat nomen, expectatio exigit suscitata, temporum Reiq; Publica flagitat conditio, consequamini: secuti Aquilas, unde nomen esse ortum vestrum videtur, ceteris perniciosius atq; altius evoletis: ad Solem quoq; ut Aquila probati, majorum respondeatis virtutibus: sit nota vestra virtus, clara in literis & moribus diligentia: sedulitas aliis in rebus illustris: absit inertia, ignorantia, imperitia: removeatur morum turpitudine, exulet inhumanitas.

### Votum pro Pædagogis:

**S**unt ex vobis, Pædagogi, non pauci quibus in munere atq; officio obeundo sudandum est plurimum; sunt alii qui à suis studiis ubi recesserint, quod curent, non habent. Illis annos Platonis & Iſocratis, felicitatem Phœnicis, successus in instituendo eos opto, quos in Alexandro Aristoteles, Augusto Apollodorus, Trajano Plutarchus, Vero Antonino Scaurus, in aliis alii senserunt.

### Votum pro omnibus Studiosis:

**C**æteris illud precor, ut domum aliquando reversi sint Academia huic ornamento, oblectamento Parentibus, Amicis commodo,

*modo, Reipublicæ præsidio, crescant ut planta atque arbores fecun-  
da; fructus ferant in suggestu, in cathedris, in Principum cancel-  
lis, in Curiâ, in locis aliis.*

§. 13. Quibus adde, si placet, Votum Incomparabilis  
ARNDII, quod anno 1652. Parenti meo dicavit Wittebergæ è Mu-  
sæo Hünichiano :

*VIRO. SUMMO.*

**DN. D. JOHANNI. SCHARFIO.**  
THEOLOGO. SAXONUM. ET. PROF. PUBL. PRIMARIO.  
AC. COLL. WITTEBERG. SENIORI. TEMPLIQUE.  
CATHEDRALIS. PRÆPOSITO. VENERANDO.  
DOMINO. SUO. AC. MÆCENATI. SUO.  
INSTAR. PATRIS.

**FELICES. KALENDAS. PRECABAR.**

*ANNO. cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> c<sup>o</sup> Ll. m. Xbr. a. d. XXX.*

*JOSUA. ARNDIUS.*

*H. M. P.*



AUDI. POSTERITAS.  
TUQUE. PRÆSENS. ÆTAS. TUORUM. INCURIOSA.  
ACCIPE. AC. TENE.  
INTER. CONTINUOS. A. PUERO. LABORES.  
PRIVATOS. INITIO.  
MOX. PUBLICOS. ET. COMMODO. REI. LITTER.  
SUSCEPTOS.  
INQVE. OCULIS. SAXON. AC. WITTEBERG. CUM.  
PLAUSU. PER. IV. OLYMPIADAS. EXANTLATOS.  
ET. AMPLIUS.  
DEMUM. IN. PRÆSENTI. PER. VARIOS. AMARULENTÆ.  
NOVITATIS. JULIÆ. CASUS. AC. ACULEOS. PRO.  
DOCTRINÆ. VERITATE. TURMATIM. INVOLANTES.  
SED

SED. BENE, PRÆPARATO. PECTORE. ANIMIQ.  
CHRISTIANO. UMBONE. EXCEPTOS. OMNES  
AC. REPULSOS. VIRIDI. CUM. SENECTA.  
DEO. PROPITIO. ACADEMIA. NON. UNA. GERMANIÆ.  
FAVENTE.

ECCLESIA. LUTHERANA. VOTA. FACIENTE.  
WITTEBERGA. AUTEM.

SOTERIA. AGENTE. SCHARFIANA.

ANNUM. A. C. N. cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> l<sup>o</sup> LII.

AUSPICIO. COELESTI.

POST. LUSTRA. DECEM. ET. QVOD. EXCURRIT.  
ERUDITE. SUPERATA.

NUNC. FELIX. INGREDITUR.

**JOHANNES. SCHARFIUS.**

S. TH. D. AC. P. P. FACULT. WITTEB. SENIOR. TEMPLIQ.

CATHEDRALIS. AD. ARCEM. PRÆPOSITUS.

VIR. PIUS. AC. DOCTUS.

QVORUM. ILLUD. SIBI. VINDICAT. UT. RARUM.  
ERUDITIONIS. AURUM.

HOC. AUTEM. SIC. MERETUR. UT. EXEMPLI. LOCO.  
ERUDITIS. ESSE.

HUIUS. PRÆSERTIM. SECVLI. THEOLOGIS. QVEAT.  
DEUS. O. M.

AUGEAT. TIBI. VIR. SUMME. DE. INUTILIUM. TERRÆ.  
PONDERUM. ANNIS. TUOS. PORRO. ANNOS.

CHRISTUS. TE. SERVET!

VIR. PIE. NUMEN. TE. DEFENDAT.

JANE. SCHARFFI. SALVE!

§. 14. Cui meritò succedunt Eruditissimi SCULTETI,  
Informatoris olim mei optimi fidelissimique Vota Immortalia  
pro salute perpetuâ propriaq; Viri celeberrimi, Johannis Scharf-  
fi, Theologi non minus quàm Philosophi sincerissimi, labo-  
riosissimi ac valdè perspicui, deq; Studiosa Juventute & totâ  
Christi Ecclesiâ immortaliter meriti, indiesqve optimè meren-  
tis,

ais, Domini Doctoris sui incomparabilis, Patroni integerrimi &  
Hospitis beneficentissimi, Iphis Kalendis Januarii, A. O. R.  
M. DC. LVI. concepta:

SCHAREFFI, quem Dominum veneror, quem fata Parentem  
Dant mihi, dum doctissime vis accumbere mensis,  
Et suboli praeesse Tuæ. nihil indiget illa  
Alternis monitis, sed se sibi licita fatigat,  
Et magis instimulat, veluti quem primus amoris  
Sollicitavit odor, lassas contemnit habenas  
Ignarus freni sonipes. cognosce sequentis  
Hunc columen seny, magnum Patris incrementum.  
Non steriles nugas & nil facientia curat  
Dogmata, sed secum meliores præcipit ausus,  
Et quæ mox imitetur, agit. nunc Graia vetustas,  
Nunc Romana placet. non ocius hausit Achilles  
Semiferi præcepta senis, seu cuspidis artes,  
Sive lyræ cantus, medicas seu disceret herbas.  
Vix nunc ingressus Juvenem, spirare senile  
Incipit, & laudum non ima cacumina tangit.  
Macte tuâ virtute, tuo conamine macte!  
Sic ætas studiis cedat, sic vota Parentum,  
Et patriæ superet. Sic facto comprobet ipso,  
Veloces magis esse vias virtutis & artis,  
Quam quæ præcipiti transmittunt flumina cursu.  
Scilicet hæc reduces poscebant Vota Kalendæ.

OS(\*\*\*\*)SO

Als alte Zhaar ist nu zum Ende kommen /  
Den anfang hat das andre schon genommen /  
Hier in der Welt geht alles umb den Kreis;  
Bald bistu jung / bald alt / bald gar ein Greiß.  
Wir müssen uns nach unsrer Zhaarzahl schreiben /  
Und unsre Zeit den Zeiten einverleiben /  
Wir Sterblichen / was sind wir als ein Raub  
Der kurzen Zeit? das beste Lebens-Laub

E

Trist

Frift jeder Tag. Die Jugend die vergehet/  
Eh sie noch kömmt. Wie schön es immer stehet  
Zur Frühlings-Zeit / die sich der Jugend gleicht/  
So thawret nichts. Wenn denn der Winter schleicht  
Zu uns sich ein / den wir das Alter nennen /  
So können wir uns selbstern kaum mehr kennen /  
Vergessen uns / und was wir sonst gewußt /  
Des Todes seyn ist denn die beste Lust.  
Noch wollen wir nur immer länger leben /  
Und bitten GOTT / er woll uns lieber geben  
Des Nestors=Jhaar. Sind wir nu alt genug  
Da kömmt die New. Da wollen wir denn jung  
Und jünger seyn. Da hat denn unser hoffen  
Nichts weniger als seinen Zweck getroffen.  
Ein graues Haupt macht keinen alten Mann  
Und wer sich sonst nicht anders rühmen kan  
Als daß er nur nach eitler Lust gestrebet /  
Der hatt gewiß die kürzte Zeit gelebet/  
Wiewohl Er sonst nicht eine kurze Zeit  
Bey uns gewest. Der hat sich recht bereit /  
Und recht geschickt / im Tode nicht zusterben /  
Der J in durch Kunst will Ehr und Gunst erwerben/  
Der keine Müß und keine Sorgen acht /  
Und seinen Ruhm noch immer grösser macht.  
Gewiß der kan von grossent Glücke sagen  
Der ordentlich mit allen seinen Tagen  
Weiß anzugehn / den immer noch erfreuet  
Der Jugend blüth / und den kein Tag gerewt.  
Es kostet viell was rechtes anzufangen/  
Mehr aber noch den rechten Zweck erlangen.  
Die Tugend sucht ihr einen solchen Mann/  
Der sein Glück durch Fleiß verdienen kan.

Und

Und solchen hat Sie auch an Euch gefunden/  
 Geehrter Herr. Wie niemahls ewre Stunden  
 Vergebens sind / wie nun das Alter sey  
 Der Jugend gleich / bekennet ohne Schew  
 Ganz Wittenberg / und will es mehr bekennen/  
 Wenn es Euch Glück / und alles guths will gönnen.  
 Ja Wündschen auch / daß eben dieses Jhaar  
 Sey wie vorhin der ersten eines war/  
 Da Ihr zumahl des Vaterlandes Willen/  
 Der Eltern Wundsch / bemühet zu erfüllen.  
 Es ist genug. Gott schütz Euch dieses Jhaar  
 Vor aller Noth / und einiger Gefahr.  
 Lebt immer wohl mit ewren Liebsten beyden /  
 Des Hauses Ehr und Zier steh auch in Freuden.  
 Wer so wie Ihr mit Gott im Leben steht/  
 Dem geht es wohl / wenns Ihm auch übel geht.

M. JOHANNES FRIDERICUS SCULTETUS.

S. 15. Nec omittendum Literatissimi TIEFTRUNCKII  
 Περσεν/ιν ον ad DEUM OPT. MAX. pro salute Theologorum  
 Principis, invictique Orthodoxiae Lutheranae Propugnatoris,  
 Joannis Scharffii, D. P. P. Senioris, Praepositi & Academiae Recto-  
 ris Magnifici, Domini ac Benefactoris liberalissimi, Patroni  
 dexterrimi, Studiorumque Promotoris certissimi, ipsis Kal. Jan.  
 A. P. O. R. clō lōc LVII. devotā mente fusum:

*M*agne Deus, si res hominum nunc aspicias aequus;  
 Si mentem pietatis honos & gloria tangit,  
 Jam quia Zodiaci finitur linea tractus,  
 Atque novos faciunt soles remeare Calenda,  
 Quae solet in Strenas iri, devotaque vora,  
 Te veneror supplex, precibusque calentibus oro:

*Tarda sit illa dies, serisque nepotibus olim  
 Cognita, quæ Caput hoc natalibus inferat astris.  
 Hoc, inquam, Caput, alme Deus, quod gloria Vatum  
 Summa est sacrorum, qui mystica dogmata pandunt  
 Christicolis, rutilique vias ad sidera cæli.  
 Hoc, inquam, Caput, alme Deus, tua Leucoris alma  
 Quò gaudet ceu stellâ; imò tua tota Sionis,  
 Huncce Virum sibi Lumen habens, divinitus ortum.  
 Cujus inexhaustum est fœcundi pectoris uber,  
 Doctrinæ claudentis opes, arcanaque mille,  
 Atque gravis, Pylum qui possit vincere, sermo,  
 Quo doctam pascit, ceu divo nectare, pubem:  
 Et studium pietatis inenarrabile fandô.  
 Nam quis, quæso, pius magis aut devotior alter?  
 Floreat, atque illi plenò Tua Cura favore  
 Sancte Pater, cujus sceptro paret orbis & orbis,  
 Successus fundat faustos & robora multa:  
 Ut formet populum sanctè, expugnetq; Draconis  
 Tartarei verbi gladiò pallentia regna; &c.  
 Tandem longevæ perfunctum manere vitæ  
 Excipias, Pater omnipotens, lætumque reponas  
 Sidereos inter Proceres sanctumque Senatum:  
 Enthea qui consulta Tuis de pectore promit;  
 Quisq; trium hinc dignus Pyliorum vivere secla.  
 At, damnosi expers senii, sua gloria, partæ  
 Tot dudum chartis victuris, fulgeat orbi,  
 Donec ad æquoreis ignotam fluctibus arcton  
 Lucida sidereæ fulgebunt signa Coronæ.*

M. DANIEL TIEFTRUNCKIUS.

§. 16. Alia aliorum vota, cum typis publicis sint ex-  
 scripta, huc transcribere non necesse est. Attamen temperare  
 mihi non possum, quin meas etiam subjungam Gratulationes  
 Votivas, Parenti, Præceptoribus atque Amicis, sub piis pre-  
 cibus cultuque debito, Kal. Jan. Annis diversis dicatas ac  
 dictas:

Vene



(I.)

*Venerande Domine Pater & Universitatis  
hujus celeberrimæ Rector Magnifice,*

*Quamquam totâ die & vivere mecum & supplicare DEO pro salute tua debeam, & hoc tempore præprimis, ubi tantis curis districtus, non Tibi, sed aliis quasi vivis: Convenit tamen potius id hodiernâ luce, quâ conspirant invicem amici, & quisq; pro felicissimo anni successu alteri omnia fausta & beata gratulatur. Et licet alii fortè excidant votis, nec ferant, quod expedunt. Optimè tamen cum liberis habet: Nam hi, quoties Parentum causam DEO offerunt, nusquam frustrâ id faciunt. Quare, non quòd summè necessarium duxerim, sed quia longinquâ consuetudo ita imperat nobis, sub ingressum Novi Anni novas vires, novam valitudine m atque omnia nova & alia Tibi, mi Parens, ex animo comprecor. Faxit Deus, ut hunc annum feliciter incipias, pergas, finias. Quid enim ego sine Te, qui post Deum neminem & colendum magis, & observandum habeo. Quare servet Te Numen opto, & cum nostrâ familiâ integrum ac incolumem præstet multos annos. Fiat! Fiat!*

(II.)

*Charissime Domine Parens,*

*Consuetudo Novum Annum gratulandi, non hodiè aut nudiùs tertius primùm incepit, sed majoribus nostris natales suos debet. Illi Kalendis Januarii sibi invicem quæq; fausta solebant apprecari, ut annare perennare feliciter liceret; atq; unicè operam dabant, ut tristia & feralia ne nominarent quidem, sed bona tantùm verba dicerent, læta inter se omnia & amica loquerentur. Quo rectius est, Ethnicis hoc pacto paria facere, quò majores causas habemus. Prisci gentiles de Salvatore nostro nihil sciverunt, nobis ille hodiè natus est. Et multæ aliæ causæ se offerunt, quæ svadent, ut Novum Annum votis & precibus exordiamur. Atq; ego quidem, mi Parens, ex animo gratulor, quòd eandem faciem, quam ante annum*

C 3

hac



*hac die oculis meis usurpavi, iterum videre & manus tuas premere datur. Hoc benefici non Anna Perenna, sed Deo acceptum ferendum est, ut qui Te per totum annum incolumem praestitit & multis aliis bonis beavit. Ille tui curam aget & omnia mala à nostrâ Domino propulsabit. Adhuc DEO supplico, ut meis annis tuos augeat, & meo robore tuum firmet. Hoc votum meum est; meum? immò nostrum omnium, qui Deum pro salute tuâ quotidie interpellamus. Ille nos exaudiet, nec preces nostras surdâ aure accipiet.*

( III. )

**S**alve festa dies, nunquam mihi visa, nec unquam  
Hâc anni facie dupla videnda mihi.  
Læta veni, jucunda veni, sed prodiga lucis  
Et qualis pares prima, deinde mane.  
Muneribus tandem, nam sic longinqva Vetustas  
Instituit, nobis excipienda venis.  
Sed quæ dona tamen, vel quas, Pater optime, strenas  
Hoc anni cursu nunc redeunte parem?  
Æschinis exemplum mentem subit. Ille seipso  
Socraticas potius ditat & auget opes.  
Accipe me, totumque TIBI PATER assere. nunquam  
Antiquum posthac exue mente PATREM  
TE DEUS incolumem servet! mihi vivere Tecum  
Et si quando volent Numina, dulce mori.

**W**as soll ich immermehr zum neuen Jhaare schencken  
Euch / lieber Vater / Euch? Will ich mich noch be-  
dencken

So geht die Zeit hinweg. der Æschines gab sich  
Sich selbst dem Socrati. nehmt / Lieber Vater / mich  
Wie ich mich selbst den Euch will eigen übergeben.  
Werd ich nach euren Wundsch / und euren Willen leben/  
So weiß ich daß ich bin ein rechtes neues Jhaar/  
Was auch der Æschines dem Socrati sonst war.

Ze.

\*\*\*

\*\*\*

Jedermann fänget an  
 Glückliche Wünsche zubringen  
 Wünsche, daß unsere Wünsche gelingē.  
 Solches erfordert das ickige Jhaar  
 Solches erfordert die grosse Gefahr.  
 Was können wir machen  
 Ohn Göttliches wachen.  
 Menschlicher Sinn  
 Fället dahin.



(IV.)

*Clarissime juxta atque Doctissime Domine*  
*Magister, Praceptor omni observantia*  
*cultu suspiciende;*

*Ut audio, relabentem in se annum voto excipis. Miraris DEI*  
*clementiam, quæ nos hæctenus protexit. Depradicas summam*  
*DEI bonitatem, quæ indies accrescit. Voto tandem ipsum votum*  
*concludis, quod DEUS ratum velit. Quid contra discipuli sub No-*  
*vi Anni ingressum Magistro nostro vovebimus? quid? salutem &*  
*bonam vitam. Valetudo hominum ambigua est atq; varia, quam*  
*vel lassa febris mutare solet. Sed Tu, honoratissime Praceptor,*  
*vive, vive, & nihil adversi hoc anno ineunte Tibi evenire vide. Fa-*  
*veat DEUS, & si quid malum portendit omen, protinus abigat.*  
*Optamus etiam bonam vitam, ut diu sub hac officina disciplinæ pro-*  
*pagare possis. Ipse Deus dabit felicitatem docendi & discendi, qui*  
*cetera dona suffecit. Perge modò docere, & nos Tui amantes ma-*  
*gis amare. Ut sine columnis nullum ædificium habemus, sic nec*  
*scholas sine Praceptoribus, qui fulcra scholæ. Veniet aliquando*  
*dies, quæ Praceptoris nostro præmia distribuet. Tum ut sidus ful-*  
*gebit Sidereos inter Procere, sanctumq; Senatum. Hunc enim*  
*sperare duntaxat è Scholæ fructum possunt, qui literas docent, re-*  
*liquo*

*liquo lucri compendio destituti. His salve, & salutem & bonam  
vitam perenna. Nobis quidem nec valere, imò nec vivere suave  
erit, nisi utrumq; illud Claritati Tuæ contingat. Ergò de nostris  
annis ipse temporis pater Tuus adjiciat annos, & de nostro robore  
tuum firmet. Hoc votum meum est. Meum? imò Commilitonum  
omnium, qui florere Præceptoris sui imperium cupiunt. Ego cupio,  
& ut tantam magnitudinem sermone quandoq; complectar, sic votum  
meum repeto, ut vivas valeasq; & benignus conatibus meis sis. Fe-  
liciter quoq; & ex voto hic annus decurrat, favoris tui auspicio in-  
signis.*

(V.)

## Hochgeehrter Herr Præceptor,

**W**iewohl viel gefunden werden bey dieser Neuen Jahres Zeit/  
die das wünschen weniger deñ nichts achten. So seynd doch  
in Gegentheil andere / die ihre gröste Lust in den wünschen su-  
chen und haben. Und nicht unrecht. Denn was können gute  
Wünsche nicht ausrichten / wenn sie nur aus treuen Gemüthe  
heraus fließen. Solten aber die Wünsche so ganz vergebens  
hingehen? Ach nein; Siehet man doch / daß mehrmahls die  
Glücke bekleiben. Also können getreue Wünsche nicht umbsonst  
abgehen. Die Wünsche dringen Himmel an / und lassen nicht  
ehe ab / biß sie das / was sie wollen / erhalten. In solcher Be-  
trachtung thut unser Herr Præceptor mehr als wohl / daß Er  
mit seinen Exempel uns vorgehet. Wir folgen / und wollen sei-  
nen Wunsch mit wünschen zum Himmel begleiten. Gott der Al-  
lerhöchste gebe unsern treufleißigen Lehrmeister ein neues gesun-  
des und fröliches Jahr / neue Kräfte / gesunden Leib / und ein  
fröliches Gemüthe. Dieses ist mein Wunsch. Meiner? ja un-  
ser aller / die wir unsern Tugend-Lehrer alles Glück zu seinen schwe-  
ren Schul-Ambt gewünschet haben.

(VI.)

*Quod felix faustumq; sit Tibi, multum doctissime Præceptor,  
nobis discipulis, & universo huic Gymnasio, novi anni secundus il-  
luxit dies. Jam dum alii surgunt, secundus secunda vovere adsum.  
Alii verò sub novi anni auspicio Amicis omnia fausta & felicia vo-  
vent.*

vent. Alii Patronis, si quos habent, mellea verba, sale ac salute condita, faciunt. Alii Parentibus vitam & incolumitatem summam voluntate exoptant. Quid Tibi humanissime Praceptor? quid Tibi, inquam, anno novo ineunte precer? Tibi ut amico meo intimo & omnium primo felicia quaeque voveo: Tibi honore & tutelam patrono meo bona verba dico: Tibi autoritate & amore parenti ex imis precordiorum thalamis vitam Nestoream & omnia fausta exopto. Veteres novi anni die vota facere, optare ac precari mutuo solebant, ut sibi annare perennare feliciter liceret, seduloque dabant operam, ut dira & tristia & feralia ne nominarent quidem, sed bona tantum verba dicerent, iurgiis utique omnibus abstinerent, lata inter se omnia & amica loquerentur. Quod nos aequius & conjunctis vocibus & animis Tibi, Praceptor plurimum semper honorande, ex cuius vita & salute totius Gymnasii salus pendet, non hunc modo, sed secuturos etiam annos faustos ac candidos precari. Annam Perennem sacrificatum ire nefas, sed DEUM nostrum adire pium est. Absit omnis discordia, exulet inhumanitas, ea tantum quae DEO grata esse novimus, in Lycæo nostro tractemus & cogitemus. Fausta ergo & felicia Tibi, amantissime Praceptor, comprecor, & quanta maxima possum animi contentione à DEO OPT. MAX. peto, ut Tibi ad sanctum & salutare munus praclarè exsequendum vitam protegat, vires augeat, otium ac quietem tribuat; imprimis autem, ut mentem tuam perpetuam Spiritus Sancti luce colustret. DEUS omnia successa Tibi cupiat, & ego successus in instituendo opto eos, quos in Alexandro Aristoteles, Augusto Apollodorus, Vero Antonino Scaurus, in aliis alii senserunt. Quoniam verò absque annuente DEI gratia fausta ominationes ac gratulationes in maledicta convertuntur, siquidem & Gentiles Ethnici Janum suum sine thure & mero accedere veriti sunt, DEUM petimus, quod rata vota velit.

Dic nostra, alme Pater, sint pia Vota rata!

§. 17. Nunc prodeant Carmina Votiva, quae Amicis meis faventissimis, non tam more, quam devoto cultu offerenda curavi:

D

(VII.)

(VII)

*Viro Admodum Reverendo, Amplissimo, Excel-  
lentissimoq;*

**DN. M. DANIEL. KLESCHIO,**

*Nob. Hung. P. L. C. & SS. Theol. Bacc. longè celeberrimo, Inspe-  
ctori olim Pastorum ac Consist. XXIV. Regal. in Sup. Hungaria Af-  
fessori gravissimo, postea Lycéi Jenensis Rectori ut dignissimo, sic de  
re literariâ meritisimo, hodiè verò Heldrungensium Pastori & Su-  
perintendenti vigilantissimo; Fructiferae pariter ac Teutonicae So-  
cietatum Consorti fidelissimo estimatissimoq;, Favitori & Ami-  
co meo precipuo, nec non Collegæ intimo mentis  
affectu aeternum suspiciendo.*

**C**um Rectore DEO vetus hinc excesserit Annus,  
Atque novum Novus hic ordinet Annus iter,  
Quilibet antiquo more ardet amicus Amicum  
Carminis & Strenæ participare suæ;  
Ipse quid aggrediar? KLESCHI, quò charior usquam  
(Crede mihi) è paucis nullus Amicus erit!  
Dona ferant alii, prolixa aut Carmina pangant,  
Plurima Vota addat lingua diserta piè.  
VIVEDIU FELIX! tria saltem  $\left\{ \begin{array}{l} \text{verba vovebo,} \\ \text{verbula dono,} \end{array} \right.$   
Sub quibus exiguis omnia  $\left\{ \begin{array}{l} \text{vota} \\ \text{dona} \end{array} \right.$  latent.

(IIX.)

Dem Edlen / Groß Achtbaren und Hochgelahr-  
ten Herrn:

**M. Johann Peiskern / Weitberühmten  
Kaysert. Gefröhnten Poeten / der Wittenber-  
gischen Schule wohlverdienten Rector, und der deutsch-  
gesinnten Genossenschaft wohlverordneten Mit- & Erschreiner-  
halter / unter dem Junfft- Nahmen des Ungemeinen; Mei-  
nem an Bruders stadt ge Ehrtesten Gönner / Albe-  
kanten Academischen Freund und herzlich ge-  
liebten Gesellschaffter :**

Die

Ze Feder setz' ich an / und stelle Freundschafts Pflichten  
 Mit dieser Neuen-Zeit von neuen wieder für.  
 Was ich / mein Reißer / dir zum besten weiß zurichten  
 Das hoffe / weil du lebst / nur sicherlich von mir.  
 Denn dieses eben ist / was mich zu deiner Tugend  
 Und ihren Diensten zwingt / dieweil du mir zumahl  
 Mit unverdienter Gunst / auch bald in meiner Jugend /  
 Beharlich zugethan. Drum wann der Sonnen-Strahl  
 Auf meine Stube fällt / so denck' ich an die Liebe /  
 Die mich durch dich erquickt. Und was noch grösser ist  
 So brennt sie immerfort. Die Sonn ist niemals trübe /  
 Noch auch dein Lieben nicht. Du liebst zu aller frist /  
 Und wechselst gar nicht ab. Denn wer ein Freund will heissen /  
 Und auch in Wahrheit seyn / der muß dergleichen thun.  
 Viel eher soll der Todt mein Lebens-Garn zerreißen /  
 Und eher solt du mich sehn in dem Grabe ruhn /  
 Als daß ich deine Gunst nicht immer solte loben.  
 Sey ferner mir geneigt / wie du bisher gethan /  
 So will ich meinen Gott / der in den Wolcken droben /  
 Auf treue Herzen sieht / erwecken / wie ich kan :  
 Er wolle dieses Jahr in allen deinen Wercken /  
 Dir / und der Liebsten dein / alstets genädig seyn /  
 Er wolle dich mit Krafft vom Himmel selber stärcken /  
 Und dir zur Seiten stehn noch manchen Sonnen-Schein !

(IX.)

*Viro de Juventute & universâ re literaria præclaris.  
 simè merito,*

**DN. M. DAVID. WINTERO,**

*Lycæi Wittenbergensis Con-Rectori longè dexterrimo exoptatis-  
 simoq; Fautori meo atq; Amico singulariter intimeq;  
 colendo, amando :*

Annun Novum

*Eumq;*

Felicem, Faustum ac Fortunatum,  
*cum omnigena prosperitatis incrementis;*

TIBI, PRÆCELLENS VIR,

ex animo apprecor devoto.

*Longinqua enim Consuetudo ita mihi imperat;*

*summeq; necessarium duxi,*

*hòc imprimis tempore,*

*ubi alterum alteri succedit malum.*

Quare ut Vivas Valeasq;

FAUTOR AMICISSIME,

Votum meum repeto:

**Exat DEUS** bonitate OPTIMUS, potentiâ MAXIMUS,  
ut Feliciter! Feliciter! Feliciter!

Annun hunc

incipias, pergas, finias.

*Principium felix, Medium felicius adsit,*

*Sit tandem Finis Tibi felicissimus, opto.*

Vive! Vive!

*Nihilq; adversi hoc ineunte Anno*

*Tibi evenire vide!*

*Vive quàm felicissimè, quàm diutissimè*

DAVID VVINTERE,

*Philosophia atq; Artium Altiorum Doctor dignissime,*

*Philologe pariter ac Polyhistor insignis.*

CHRISTUS, qui Te amat, quem Tu amas,

Servet Te, cum tota Familiâ, saluum ac incolumem!

*Subq; Novi Anni ingressum, novas vires,*

*novam valetudinem & cetera nova omnia*

*Tibi Tuisq; benignissimè reddat!*

*Tru.*



*Fruculentas antiqui Serpentis ejusq; Satellitum insidias  
à Te, VIR PIE, à Conjuge itidem & Liberis tuis Carissimis,  
clementer avertat atqve propulset!*

*Non per hunc modò, sed secuturos etiam Annos,  
quos voluntate summâ Tibi voveo omnes  
candidos, & ut Poëta loquuntur,*

*Terg; Quaterq; Felices!*

*Mittat quoque JEHOVA super Te porrò  
Sapientiam Suam,*

*ex sancto Cælo suo, & ex throno Majestatis suæ,  
quæ Tecum sit, Tecum laboret, Tecum meditetur,  
& omnes actiones Tuas ita regat ac dirigat,  
ut in Nominis sui gloriam, Scholæ Scholasticorumq; emolumentum  
& Tui ipsius commodum cedant ac vergant.*

*Hoc Votum meum est verè devotum.*

*Meum?*

*Immo Bonorum Omnium, qui hodiè Tibi,*

**AMICE SINCERRISSE,**

*tâm corporis quàm animæ salutem  
comprecantur;*

*Simulqve Tibi mecum exoptant:*

*Annos Platonis & Isocratis,*

*Felicitatem Phœnicis,*

*Successus in instituendo eos, quos*

*in Alexandro Aristoteles,*

*Augusto Apollodorus,*

*Traiano Plutarchus,*

*Vero Antonino Scaurus,*

*in aliis alii senserunt.*

*Sic plurimum Salve*

**CLARISSIME VVINTERE!**

*Salutemq; Tuam ac bonam Vitam  
perenna!*

*D 3*

*Mihi*

Mihi quidem nec valere, imò nec vivere suave erit,  
nisi utrumque illud Tibi contingat.

Ergò annis Tuis annos, diebus dies,

Ipse temporis Auctor

in longa usq̄ve addat secula!

Quod iterum iterumque voveo

: בלא לב ולב :

JOVA BENIGNE PIO INFUCATO QVE ANNUE  
VOTO !

§. 18. Agmen tandem claudant Quorundam optime-cu-  
pientium Vota ; quibus incolumitatem & cetera fausta omnia  
circa Novi Anni auspiciam, ex singulari affectu, mihi compre-  
cari voluerunt. Et primum quidem est Nobilis Coronati ac  
Præcellentis Dn. M. JO. PEISKERI, P. L. Cæs. ut felicissimi,  
sic per orbem literarium celebratissimi, deq̄; Lycéo Wittenber-  
genfi immortaliter meriti, nec non Illustr. Collegii Teutonici  
Collegiati haud vulgaris, Amici mei Veteris ac Fratris loco  
æstimandi :

EPIGRAMMA

Nobilissimo Excellentissimoq̄; Domino

JO. FRID. SCHARFIO, PH. & J. U. D. CL.

COM. PAL. CÆS. & CONSIL. SAXON. nec non ILLUSTR.

FRUCTIFERÆ pariter ac TEUTONICÆ SOCIETATUM

CONSORTI gravissimo, Fautori suo summo,

cum faustissimâ omnium eorum, quæ piarum men-  
tium vota esse possunt, adprecatione,

L. M. Q. oblatum

KL. JAN. A. CHR. cl. Isc LXXXI.

Orbis Christiadam plaudit ! Redit annus in orbem.  
Annulus ipse potest indicis esse locò.

Sit procul externus, sibi quem mens impia plausum

Expedit, internum casta Thalia notat.

Hunc & solenni pietas ostendere votò ;

Hunc & TEUTONICUS nobilis ORDO parat.

Flo.

*Floreat HIC TECUM, cujus pars inclita, SCHARFFI!*

*Postea nec flori desit in orbe decus!*

Alterum Ejusdem Vorum, in ipso auspicio Anni hujus à partu  
Virgineo clb Ibc LXXXIV. scriptum, ita se habet:

JESUM & cum IPSO

ea omnia,

quæ sub Novi Anni auspiciis  
piarum mentium possunt

Vota,

ex animo apprecor

TIBI, MAGNIFICE VIR,

& ex lege illustris Teutonicæ Societatis  
mihi multò conjunctissime!

Quem absentem arbitratus sum;

Ecce mihi præsentissimum!

Gratulor itaque mihi de singulari isto adfectu.

quem sæpenumerò exosculari habeo;

nihil quicquam magis

in votis habens, quàm ut

NOBILISSIMÆ TUÆ EXCELLENTIÆ

Annus sit præfens exoptatissimus Annus!

Aspera absint procul; adsint prospera

tàm animæ, quàm corporis

bona ac dona!

Audi, JESU, exaudi vovemem

PEISKERI

devotissimam Musam!

Sic

benè, melius, optimè

erit

CONSULTISSIMO DOCTORI

JOHANN-FRIDERICO SCHARFFIO,

FAUTORI SUMMO!

Fiat! Fiat! Fiat!

Er.

Er. HochEdlen Excellenz

(Tit:)

Herrn Johann Friedrich Scharffen /  
Röm: Keiserl: Pfalz- und Hoff-Grassen / Hoch-  
Fürst: Sächß: Rath/ und auf der Universität Wittenberg  
beeder Rechten Doctori, und der Philosophischen Facultät  
Assessori, wie auch des Durchlauchtigsten Palmen Dr-  
dens der Fruchtbringenden Gesellschaft und Deutschge-  
sinnten Genossenschaft vornehmnen Mitgliede/ un-  
ter denen EhrenNahmen des Unverachteten  
und Scharffsinnigen /

Meinem Hochgeneigten Patron / Grossen Wohl-  
thäter und zuversichtlichen Beförderer.

**D**u / Tugend und den du / O grosser Sachsen Rath!  
Die sinds / von welchen ich / wie lauter Feuer brenne.  
Das ander ist bekant: Nur das ich dich ist nenne  
So sag' ich / das mein Herz dich immer bey sich hat.  
Woher diß aber sey / das zeigt deine That  
Die Weisheit und Verstand / und was ich selber kenne/  
Dein schönes Freundlich seyn. Du machst es / das ich renne  
Und dir mich näher thu / mit Pflichten frü und spat.  
Ich weiß / du nimst es auch mit solchem Willen an/  
Wie dir / du tapffrer Scharff / mein Wollen geben kan.  
Für dieses mahl genug. Ich setze dieß darzu:

Der Himmel gebe dir ein neues freuden Leben  
Mit dieser Neuen Zeit. Denn das ich dieses eben  
Von ihn erbitte / macht / Gott / Tugend und denn du.

Zum Neuen Jahr schrieb dieses in Dresden  
M. Johann Georg Schiebel / Keiserl.  
Edelgekröhter Poet.

✻ (o) ✻





Ung VI

7

= Occasionalia

Vol. 14

1000

3

ULB Halle 3  
 005 425 59X




7









ΕΔΙΑΣΜΑΤΑ  
STO NOVI ANNI  
STRENNIS SEU  
INERIBUS N.A.

NOVI ANNI VOTIS  
NARUM COMITIBUS

*SUB FELIX*

ARUM JANUARIARUM  
AUSPICIIUM

TERENDISSIMO DOMINO

HAM CALOVIO,

IM NOSTRI TEMPORIS PRINCIPI

TIETATIS CAUSA OBLATA

à

DERICO SCHARFIO

WITEBERGÆ SAXONUM

ISTIANI SCHRÖDTERI, ACAD. TYPOGR.

QVO PRECANTUR OMNES PII CHRISTIANI:

NIPOTENS, FELICI CEDERE CURSU

ÆTUS REDUCES HAS PRÆBE KALENDAS!